TRACTATUS DE PROHIBITIONE DUELLI AUCTORE LUCA FLORONO DE SOLAROLO...

Luca Fioroni, Giorgio Enrico Levi, Andrea Biscioni

Digitized by Google



Digitized by Google

Auctoris Munus.

DUELLO
BIBLIOTECA
GIORGIO ENRICO
B 7
L
4
LEVI

Digitized by Google

Digitized by Google

TRACTATVS
DE PROHIBITIONE DVELLI


AVCTORE LVCA FLORONO

De Solarolo Iuriſconſ. ac S. Martini de Formellino Fauen. Diœceſ. Rectore.

ECCLESIASTICIS OMNIBVS PERVTILIS.

Nunc primum in lucem editus.

Ad Illuſtriſſimum, & Reuerendiſſimum D. D. Erminium de Valentibus S. R. E. Cardinalem ampliſſimum, ac Fauentinæ Eccleſiæ Epiſcopum meritiſſimum.



VENETIIS, Apud Hæredem Hieronymi Scoti.
M. DC X.

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLVSTRISS.^MO^ AC REVEREN.^MO^
D. D. ERMINIO DE VALENTIBVS
S.R.E. Cardinali Ampliſsimo, & Fauentinæ Eccleſiæ Epiſcopo meritiſsimo,

Lucas Floronus. S. P. D.

STATIM ac decreui, Cardinalis Ampliſsime ſtudiorum meorum primos labores in lucem edere, eos etiam (ne me omnes tanquam ingratum, ac beneficiorum immemorem odio proſequerentur) non ſine animi mei præcipua lætitia ſub glorioſiſsimo nomine tuo promulgare cõſtitui: & iure meritò; Nam ſi tua erga me officia, ſi merita ſpectem, maxima extitiſſe fateri quàm maxime debeo; Ipſe enim Eccleſiam D. Martini mihi commiſiſti, Diœceſana Synodo indicta cum diſertiſsimis, doctiſsimiſq; viris ad nouas conſtitutiones faciendas me adhibuiſti, Diœceſanumq; examinatorem in eadem Synodo eſſe voluiſti, & ob id me non minimam meæ fœlicitatis partem abs te accepiſſe duxi. Quod minime mirum eſt. Ita generis tui non ignota nobilitas, tuaq; in omnes ſumma humanitas, naturalis liberalitas, & excelſi animi ſingulares dotes expoſtulant, quas tanti fecere & recolendæ memoriæ Clemens Octauus, & Paulus Quintus Pont. Max. vt ille te Cardinalitia dignitate decorauerit, hic autem mox Põtifex creatus ſuis

à ſecretis aſcitum Fauentinæ Eccleſiæ Præſulem, & Paſtorem præfecerit. Hinc omnes, quòd eum te videant, in quo ſumma ſint omnia, quæ præcipuum quendam amorem, honorem, venerationemq; non obſcuram concilient, eruditio, ſumma prudentia, vitæ ſanctimonia, amor in pauperes, & in litteratos homines ſingularis, tanquam ad tutiſsimam anchoram, vel potius commune ſalutis aſylum ad te confugiunt. Hiſce ductus ego hunc ſub præclariſsimo nomine tuo tractatum de prohibitione Duelli prodire, & amplitudini tuæ dicatum eſſe volui. Te patrono, cenſorum, qui ſe, & ſua neſciunt, aliena vero ſemper carpunt, maledicta ſecurus contemnam. Ea igitur humanitate, qua ſoles, ipſum vti meę erga te ſingularis obſeruantię argumentum accipies; hac enim ratione me ad alia poſthac maiora, & grauiora edenda, tibique offerenda propenſiorem reddes, ac animum dabis, quo libentius, ac ſtudioſius in litteris elaborem. Vale. Formellini octauo Calen. Auguſti. MDCX.

Digitized by Google

AD ILLVSTRISS. ET REVERENDISS.
D. D. Erminium de Valentibus S.R.E. Cardinalem ampliſsimum, & Fauen. Eccleſiæ Epiſcopum meritiſsimum.

De libro prohibitionis duelli Epigrammata Bartholomæi Gaſparini Bononienſis S. Vitalis de Fauentia Rectoris.

TE ſaluere iubet Floroni pagina Princeps,
Nobile præſidium, dulce decuſq; ſuum.
Et rogat accipias tantùm quæ pignora mandat,
Sint licet hæc meritis inferiora tuis.
Nil ſibi nec ſpondet tantum ſi adſpexeris: audet
Et paradiſiacas ſpernere delitias.

Eiuſdem.

Accipe dona lubens Lucas, quæ mittit, & offert,
Accipe perpetui pignus, & obſequij
Hæc ſi indigna tuo cernes quæ nomine pergant,
Dignus de furuo dite triumphus erit.
Vindice te nullus tanget pia ſcripta profanus,
Vindice te haud gratus, gratus in orbe legar.

Digitized by Google

Lectori Lucas Floronus. S.D.

DE Duello, Humaniſsime Lector, cuius non res modo, ſed nomen etiam è Chriſtiana Republica exturbandum eſſet, Tractatus plures, ijdéq; vberrimi olim in lucem prodiere: De duelli prohibitione vero quocunq; iure inducta Summorum Pontificum cenſuris, ac pœnis munita, quarum rerum cognitio ob animarum ſalutem eccleſiaſticis omnibus non vtilis tantùm, ſed ſummè neceſſaria eſt, & maximè in Ciuitatibus, & locis, in quibus iuuenum etiam, & militum, ac armorum frequentia vigent, non Tractatus tamen, ſed ſcripta perpauca, eademq; ieiuna habentur. Ego igitur qui multos iam annos in foro cònſcientiæ verſor, cui hac de re dubitationes ſæpius occurrerunt, cum hęc animaduerterem, non quo me plus quam alios intelligere, ac ſapere arbitrarer, ſed pro mei ingenij uirium imbecillitate ſuccurrendum mihi exiſtimaui, vt in promptu, vbi res poſtulabat, haberem, quid mihi faciendum eſſet, tractatum quendam (quatenus ad illud forum pertineret) de prohibitione duelli conſcripſi, & in capita illum diſtribui. In primo enim; quo iure duellum prohibitum ſit: in altero, qui ob duellum offendant, in tertio, in quas pęnas ob duellum offendentes incidant, in poſtremo, qui à cenſuris, ac pęnis abſoluant, vbi quis in eas incidit, egi; hac enim ratione fieri poſſe cenſui, vt ſatis mihi ad meam Eccleſiam gubernandam, ac muneris mei partes exequendas conſultum eſſet. Quem tractatum doctiſsimis viris, meique amantiſsimis (quo haberem quid ipſi ſentirent) legendum dedi, qui ipſum commẽdarunt, & vt ad communem omnium vſum edendum quamprimum

curarem

Digitized by Google

curarem ſuaſerunt,plurimumq; ſunt cohortati. Ego itaq; etſi hoc in animo mihi non erat,tantorum tamen virorum conſilio ductus,ne ipſorum auctoritatem aſpernari viderer,eis morem geſsi,& vt in lucem tractatus ederetur, curaui; exiſtimauique laudabilius eſſe cum bonis, ac beneuolis errare, quam nimis ſapere videri. Præterea confido, ſi ſcopulos omnes euitare,portumq; tutum in omnibus, quæ hic ſcripſi,tenere non potui,non ſecus mihi cõtigiſſe,ac alijs multis,qui etſi omnem ſuam in conſcribendo ætatem conſumpſerint,apertè fateri nõ poſſunt in aliqua parte non erraſſe.Nec ægrè feram à doctoribus,& eruditioribus repræhendi,modò non liuido dente,non canino morſu id faciant, ſed ea, qua decet charitate, ac, qua alios in rebus ſuis quis vellet vti.Immo ſi aliquorum caſtigationem intellexero,eorum libenter veſtigia ſequar. Benigno vultu igitur humaniſsime lector, hos primos ſtudiorum meorum fructus accipias, vberiores, ſi Dei benignitate mihi vita contigerit, propediem accepturus. Vale.

Digitized by Google

Errata, quæ ſenſum mutant, vel dubium reddunt ſic ſunt corrigenda, ſi quæ alia vero adſint, remittuntur diſcreto Lectori.

Pagina.	Columna.	Linea.	Mendum.	Emendatio.
4	1	3	Veniat minus forte.	Vincat minus fortem.
6	1	38	Nequeat	Queat.
67	2	24	Clericum eſſe	Addas. In pœnam hanc non incidere.
69	1	14	Dicta ſupra.	Addas. Hic autem non eſt duellum ſed potius inuaſio, nec animum.
82	2	36	Appetentiſſime	Appetens ſine.
92	1	42	Nuncupatum.	Concupitum.
111	1	30	Inimico	Amico.
119	1	9	Donec noui	Addas aliquid.

GL'Illuſtriſsimi Signori Capi dell'Illuſtriſs. Conſeglio di X. infraſcritti, hauuta fede dalli Signori Reformatori del Studio di Padoa per relatione delli doi à ciò deputati, cioè del Reueren. Padre Inquiſitor, & del circ. Secretario del Senato Gio. Marauegia con giuramento, che nel libro intitolato Tractatus de prohibitione duelli, non ſi troua coſa contra le leggi, & è degno di ſtampa; concedono licenza, che poſſi eſſer ſtampato in queſta Città.

Dat. die 26. Martij. 1610.

D. Marc'Antonio Valareſſo.
D. Nicolò Bon.
D. Leonardo Mocenigo.
} Capi dell'Illuſtriſsimo Conſeglio di X.

Illuſtriſſimi Conſ. X. Secr.
Leonardus Ottobonus.

1610. Adi 27. Marzo.
Regiſt. in libro à carte 42. tergo.

Gio. Baptiſta Breatto offitij
Cont. Blaſphemiam, &c.

Digitized by Google

INDEX EORVM,

QVAE IN HOC OPERE notatu digna in primis ſunt.

A

ABſoluere ab excommunicatione, & alijs pœnis, in quas incurrunt offendẽtes Bullas duellum prohibentes, quis poſſit. n. 1. pag. 128.
Abſoluere ab excommunicatione lata à iure Pontificio quis poſſit. nu. 2. ead. pag.
Abſoluere an poſſit confeſſarius pœnitẽtem, qui confitetur duellum commiſiſſe, ignorat tamen excommunicationẽ impoſitam eſſe committentibus illud. n. 5. pag. 132.
Abſurdum eſt vitandum. n. 9. pag. 88.
Ac, dictio denota ſimilitudinem antecedentium. n. 2. pag. 30.
Acceptans duellũ eo quod aggreditur à prouocante, et aliter ſe defendere non poteſt, an in pœnas incidat. n. 1. pag. 75.
Acceptans duellum, quia apud iudicem habetur pro conuicto de aliquo crimine, alias mortem vitare non poteſt, an incidat in pœnas propoſitas duellum acceptantibus. num 1. pag. 79.
Actus agentis non operatur præter eius intentionem. n. 3. 69
Actus in primis factus inſpicitur, non qui ſequitur. nu. 5. 112
Adiuuans fratrem ſuum, quem in duello videt peiorem partem habere an incidat in pœnas propoſitas ijs, qui fauorem præſtãt ad duellum committendum. n. 1. 111
Affigens quiſnam dicatur. n. 7. 123
Affigens aliquid quo duellum fiat, vel ad illud prouocetur a Bullis punitur. num. 13. 124
Affigens quando puniatur. n. 14. ead.
Agens agit propter finem. n. 3. 88
Alternatiua natura eſt, vt ſufficiat vnum caſum adimpleri. n. 3. 84
Appellare is dicitur, qui iter arripit ad vrbem. nu. 7. 104
Arbitrio iudicis ſtamus, vbi in iure non adeſt diſpoſitio, ac determinatio. n. 19. 48
Arborem aſcendere qui dicit nondum illam aſcendit. nu. 7. 96
Argumentum a multomagis in iure eſt validiſſimum, quod dicitur argumentum a minori. nu. 9. 32
Argumentum a partium enumeratione in iure eſt validiſſimum. nu. 2. 34
Argumentum a contrario ſenſu. n. 17. 48
Argumentum a multomagis qualiter procedat. nu. 5. 85
Argumentum de toto ad partem valet. numer. 6. 104
Arma præſtans ſuo amico, qui duellum committit, vt ſe defendat, an in pœnas incidat. num. 4. 111
Articulus mortis quiſnam dicatur. n. 1. 130
Aſtantes dum duellum fit, qualiter & quando puniantur. vid. in verb. ſpectatores.
Attenditur id, quod ſæpius accidit. num. 3. pag. 2
Atteſtans quiſnam dicatur. nu. 12. 124
Atteſtãs aliquid quo duellũ fiat, vel ad illud prouocetur a Bullis punitur. nu. 13. ead.
Atteſtans quando puniatur. n. 14. ead.
A verbis legis non eſt diſcedendum. numero 2. 88

Digitized by Google

A verborum proprietate non eſt diſcedendum.n.4.104

Auxilium quid ſit.n.1.101.

Auxilium præſtari quot modis contingat. n.2.ead.

Auxilium præſtantes ad duellum committendum quibus pęnis puniantur à Bullis duellum prohibentibus.n.3.102.

Auxilium præſtantes ad duellum committendũ quando puniantur à Bullis.n.1.ea.

Auxilium præſtare qui incipit ad duellum committendum,poſtea ſi deſinat illud pręſtare, an incidat in pęnas propoſitas ijs, qui auxilium præſtant ad duellum. nu.1. pag.103

B

BAnnitum recipiens ignorans eum eſſe talem, non incidit in pęnam latam cõtra recipientes bannitos.n.6.108

Baptiſmi ſuſceptione efficitur quis particeps ſpiritualium.n.4.71

Bonum omne in ordine conſiſtit.n.2.37.

Bonum alterius negligere poteſt quis ob ſuũ. num.10.77

Bullæ Iulij II.exemplum ſuper materia duelli refertur.n.1.pag.14

Item Leonis X.n.2.pag.16

Item Clementis VII.n.3.18

Item Pij Quarti.n.4.19

Item Gregorij XIII.n.5.22

Item Clem.Octaui.nu.7.23

Bullæ Romanorum Pontificum durant, & in ſuo robore permanent quoad materiã duelli.n.2.28

C

CApitanei militum quibus pœnis puniantur, vbi permittunt ſuos milites duellum committere.n.1.51

Capitanei militum permittentes ſuos milites duellum committere à Bullis puniuntur, & quando.n.1.ead.

Ceſſante diſpoſitione legis, et reliqua ceſſant n.4.69

Charitas eſt fundamentum omnium virtutum.n.4.11

Charitas quid ſit.n.5.ead.

Chartulæ denunciationis cur ſic nominentur. n.3.63.

Ciuitates,terræ,oppida, caſtra, & alia loca in quibus, ac in quorum territorijs duellum committitur, quibus pœnis puniantur per Bullas duellum prohibentes. n.1. pag.126

Ciuitates,terræ,oppida,caſtra, & alia loca in quibus, ac in quorum territorijs duellum committitur, quando à Bullis puniantur.n.2.127

Clauſula in fine poſita ſe extendit ad omnia præcedentia.n.8.44

Clauſula in aliquo actu apponi ſolita etiam ſi omittatur,pro appoſita tamen habetur. n.6.130

Clerici duellum committentes pręter alias pœnas impoſitas duellum committentib. deponendi ſunt.n.22.59

Ipſo facto priuati ſunt omnibus beneficijs. n.23.ead.

Inhabiles ſunt in poſterum ad illa, & alia obtinenda.n.24.ead.

Irregulares quandoq; efficiuntur.n.25.ea.

Clericus non efficitur irregularis, ſi ſuum aggreſſorem occidat, vbi alias vitare mortem non poteſt.n.7.pag.77

Clericum verberans,ac interficiens ad ſuam defenſionem non incidit in pœnam canonis,ſi quis ſuadente diabolo.n 8.ead.

Clericum occidens, vt alterum defendat à clerico, an in excõmunicationem incidat. n.3.111

Coactus quiſnam dicatur.n.4.82

Coactus vi præciſa non dicitur agere, ſed pati.n.11.109

Cognito vno ex contrarijs cognoſcitur & aliud.n.20.6
Commeatum præſtantes qui nam dicantur. n.2.90
Committentes duellum mortifere peccant. n.1.54
Item ſunt excommunicati.n.12.57
Bona eorum venalia exponuntur.n.13.ead.
Infames perpetuo ſunt.n.14.ead.
Vt homicidæ puniuntur.n.15.ead.
Vbiq; poſſunt capi.n.19.58
Si in conflictu moriantur, carent ſepultura eccleſiaſtica.n.20.ead.
Committentes duellum puniuntur per Bullas, ac alia iura duellum prohibentia, & quando.n.1.60
Committentes duellum ex mandato ſub pœna mortis facto, an puniantur per Bullas. n.6.64
Committentes duellum quando non puniantur per Bullas, ac alia iura duellum prohibentia.n.1.67
Compoſito, ſeu ex compoſito quid ſignificet. n.7.2
Componens quiſnam dicatur.n.1.123
Componens aliquid, quo duellum fiat, vel ad illud prouocetur, à Bullis punitur. n.13. pag.124.
Componens quando puniatur.n.14.ead.
Conceſſo aliquo omnia conceſſa intelliguntur, ſine quibus conceſſum haberi non poteſt. n.9.77
Conditto ſeu ex conditto quid ſignificet.n.8. pag.2.
Conditio hominum quænam ſit.n.5.41.
Confeſſarius an teneatur edocere pœnitentem, qui confitetur duellum commiſiſſe, ſi ignorat prohibitionem.n.1.139.
Coniecturis non eſt opus in claris.n.5.97
Connexorum idem eſt iudicium.n.15.98
Conſequens eſt finis legis ad principium, & antecedens referuntur,n.11.33
Conſequenti prohibito, & antecedens prohibitum intelligitur.n.2.84
Conſilium dare quid ſit.n. 1.91
Conſilium dare duobus modis contingit.n.2. pag.91
Conſilium dantes ad duellum per Bullas, ac alia iura illud prohibentia varijs pœnis puniuntur, & quænam ſint illæ pęnæ. n.3.ead.
Conſilium dantes ad duellum quando incidant in pœnas ipſis propoſitas.n.1.93.
Conſilium non cogit.n.2.ead.
Conſilium qui dederit, vt duellum quis committat, an incidat in pœnas, eſto duellum poſtea non ſequatur.n.1.97.
Conſulens mediatè alicui duellum, vel quid aliud prohibitum huiuſmodi, & ſic per interpoſitam perſonam an in pœnas incidat, quæ propoſitæ ſunt ijs, qui conſulunt duellum fieri, vel quid aliud circa duellum.n 1.99
Conſulens alicui duellum, qui alias id erat facturus, an in pęnas incidat.n.1.100
Conſuetudo eſt altera lex.n.9.44
Conſuetudo an excuſet à pęna temporali.nu. 11.45
Conſtitutiones omnes Romanorum Pontificum, ac Decretum Concilij Triden. de materia duelli durant, ac in ſuo robore permanent.n 1.28
Contumacia multiplicata pęnam multiplicat. n.3.74
Contumacia requiritur ad incurrendam excommunicationem.n.6.132
Corruptela aggrauat peccatum.n. 12.45
Crudelis dicitur, qui ſuam famam negligit. n.4.54

D

Decalogi leges ſunt iuris diuini, & naturalis.n.3.50.
Decreti Concilij Trident. tenor refertur ſuper materia duelli.n.5.21

Digitized by Google

Decretum Concil. Trid. ſuper materia duelli durat, & in ſuo, robore permanet. nu. 3. 28
Defenſor propriæ ſalutis in nullo peccaſſe dicitur. num. 1. 76
Defenſio omni iure eſt permiſſa. n. 3. ead.
Defenſio nõ põt tolli per Principẽ. n. 4. ead.
Defferens quiſnam dicatur. nu. 5. 123
Defferens aliquid quo duellum fiat, vel ſaltẽ prouocatio, a Bullis punitur. n. 13. 124
Defferens quando incidat in pœnas. nu. 14. eadem.
Definitionis verba cui conueniunt, & definitum conuenire debet. n. 2. 78
Deliberatio vbi non interuenit. vid. in verb. determinatio.
Deliberatio requiritur in omnib. caſibus prohibitis per duellum. n. 11. 87
Delicta plura non tribuunt immunitatem a pœna. nu. 2. 74
Delicta plura ſpecie diuerſa vbi oriuntur ex aliquo facto pro ſingulis delictis pęnam imponi poteſt, dummodo ea pœna poſſit iterari. nu. 5. ead.
Denunciationis chartulæ. vid. in verb. Chartulæ.
Denuncians verbo quiſnã dicatur. n. 11. 123
Denuncians verbo aliquid, quo fiat duellum, vel ad illud prouocetur, a Bullis punitur. num. 13. 124
Denuncians verbo quando in pęnas incidat. num. 14. ead.
Determinatio, ſeu deliberatio vbi non interuenit non poteſt dici duellum. nu. 9. 2
Detinere verbum quid ſibi vſurpet. numero 14. 66
Dictans quiſnam dicatur. nu. 1. 123
Dictans aliquid quo fiat duellum, uel ad illud prouocetur, a Bullis punitur. n. 13. 124
Dictans quando puniatur. nu. 14. ead.
Dictio omnis quid importet. nu. 2. 40
Dictio &, ponitur aliquando pro ideſt. nu. 3. eadem.
Item implicat. num. 10. 33
Dictio ac, denotat ſimilitudinem antecedentium. nu. 2. 30
Dictio niſi, uid. in uer. Niſi.
Dictio etiam, vid. in verb. etiam.
Item exprimit caſum magis dubitabilem. nu. 7. 99
Dictio perinde. quid importet. n. 3. 31
Dictio quinimo. eſt compoſita. n. 5. 32
Item aliquando implicat. nu. 6. ead.
Directè conſilium dare quando dicatur. numer. 5. 96
Diſpoſitum in vno ex correlatiuis habet locum & in alio. n. 2. 54
Diſpoſitio ceſſat, vbi ratio diſpoſitionis locũ non habet. n. 3. 78
Diuulgans quiſnam dicatur. n. 6. 123
Diuulgans aliquid quo fit duellum, vel ad illud prouocetur, a Bullis punitur. numero 13. 124.
Diuulgans quando incidat in pęnas. n. 14. ead.
Diſputatio non eſt habenda, vbi caſus eſt expreſſus a lege. n. 3. 30
Diuerſi ideſt ex diuerſis non fit illatio: vid. in uerb. Ex diuerſis.
Diuturnitas temporis non minuit peccatum. num. 13. 49
Domini temporales permittentes duellum fieri in ſuis dominijs mortiferè peccant. num. 1. 37
Sunt ipſo facto excommunicati. n. 2. 38
Sunt interdicti. nu. 3. ead.
Infames perpetuò ſunt. n. 4. ead.
Diffidati ſunt. num. 5. ead.
Incidunt in crimen læſæ maieſtatis. n. 6. 39
Seditioſi dicuntur, ac ut tales puniuntur. num. 7. ead.
Vt rebelles puniantur. n. 9. ead.
Fiunt inteſtabiles. n. 10. ead.
Priuantur iuriſdictione, ac dominijs. numero 11. ead.
Inhabiles ſunt ad dominia habenda. n. 12. eadem.

Digitized by Google

Carceribus mancipari poſſunt.n.13. ead.
Puniũtur pœna quatuor milliũ ducatorum. n.14.ead.
Domini temporales permittentes duellum fieri in ſuis dominijs, ac regnis per Bullas, ac decretum Conc. Trident. puniuntur, & quando n.1.pag.40.
Domini temporales an poſsint permittere duellum ad tollendum maius malum, & ob id euadant pęnas propoſitas ipſis.n. 1. pag.49.
Duces, & Capitanei militum quibus pęnis puniantur, vbi permittunt ſuos milites duellum committere.n.1.pag.51
Duces, ac Capitanei militum permittentes vt ſui milites duellum committant, quando à Bullis duellum prohibentibus puniantur.n.1.ead.pag.
Duci an liceat bellum in duellum conuertere. nu.1.pag.69.
Duellum quid ſit.n. 1.pag.2.
Duellum committentes tentant Deum.n.10. pag.3.
Duellum cur ſic dicatur.n.12.pag.5.
Duellum dicitur etiam Monomachia.n.13. ead.pag.
Item iuditium.n.15.ead.pag.
Item ſingulare certamen.n.16.ead. pag.
Duellum quotuplex ſit.n.17.ead. pag.
Duellum publicum, ſeu ſolẽne quodnam ſit. n.18.ead.pag.
Duellum priuatum, ſeu non ſolemne quodnã ſit.num. 19.pag.6.
Duellum ob quas cauſas olim fieri permittebatur.n.21.pag.6.
Duellum tam publicum, quam priuatum eſt prohibitum n.22.pag.9.
Duellum priuatum cur ſit prohibitum.n.23. pag.10.
Duellum prohibitum eſt iure diuino, naturali, gẽtium, pontificio, ac ciuili.n.1.pag.10.
Duellum plura committentes an in plures excommunicationes incidãt in vnã ve tantum.nu.1.pag.74.
Duellum pugnis faciendum, an et prouocans, & preuocatus, ſi illud ineant, in pœnas incidant propoſitas duellum committentibus.n.1.pag.78.
Duellum brachijs committentes an incidant in pœnas.n.4.ead.pag.
Duellum bacculis committentes incidunt in pęnas propoſitas duellum committentib. n.1.ead.

E

Ecclesia non iudicat de occultis.num. 4. pag.88.
Epiſcopus irregularis efficitur ſi ſit excommunicatus, & eſt auctor vt coram ſe diuina fiant.n.7.pag.106.
Et dictio eſt huius naturæ, vt implicet. n.10.33.
Ponitur aliquando pro ideſt.n.3.40
Denotat paritatem in caſibus copulatis. n.6.pag.98
Etiam dictio eſt incluſiua, & extenſiua ad id, quod prius eſt dictum.n.4.63
Item exprimit caſum magis dubitabilem. num.7. 99
Etimologiæ vocabuli eſt adhærendum. n.4. pag.2
Excommunicatio quid operetur.n.3.71.
Ex compoſito quid ſignificet.n.8.2
Ex condicto quid denotet.n.7.ead.
Ex diuerſis non fit illatio.n.7.85.
Exemplis non eſt iudicandum.n.9.56
Exempla conficiens quiſnam dicatur. nu. 8. pag.123
Exempla conficiens de aliqua re, vt duellum fiat, vel ad illud prouocetur à Bullis punitur.nu.13.124
Exempla huiuſmodi conficiens quando puniatur.nu.14.ead.
Experientia dicitur rerum magiſtra.n.7.12.
Extraordinarium ceſſat, vbi habemus ordinarium remedium.num. 11.77

Digitized by Google

F

FActum pro infecto reddi non poteſt. n.4.108.
Fautor quiſnam dicatur.n.1.105
Fauorem præſtari quot modis contingat. n.2.ead.
Fauorem præſtare re, ideſt factis quando dicatur.n.3.ead.
Fauorem præſtare verbis qualiter intelligatur.n.6.106
Fautor eorum, qui duellum committunt, in quas pęnas incidant.n.8.ead.
Fauorem præſtantes ad duellum committendum puniuntur per Bullas & iura duellum prohibentia, & quando.n.1.107
Fauorem præſtare directe, & indirecte quo modo dicatur.n.3.108
Frater tenetur ſuo fratri auxilium præſtare. n.2.111
Fraus legi non eſt facienda.n.11.66
Fucos vendens, ac aleas luſorias an peccet mortifere.n.2.110
Furti an teneatur, qui ad furtum committendum conſilium dedit.n.3. 97
Furti tenetur, qui res furtiuas à fure habitas recepit.n.5.106
Futurum tempus ſignificat ſententiam ferendam.n.8.36

G

GRadus perſonarum tam eccleſiaſticarum, quam laicalium quinam ſit.n. 6. 41.
Graſſari quid ſignificet.n.10.65

H

HAſtiludia vulgo gioſtre an cadant ſub Bullarum prohibitione de duello.n.4. pag.73
Hæbrei, & alij infideles non baptizati an puniantur per Bullas, & alia iura duellum prohibentia, ſi & ipſi duellum ineant.n.1. pag.71.
Hæbrei, & alij infideles non baptizati excōmunicari non poſſunt.n.2.ead.
Homicidium prohibitum eſt iure diuino.n.3. pag.11.
Homicidæ qualiter puniantur.n.16.58
Homicida fit infamis.n.17.ead.
Homicida in teſtem ſine tortura recipi non poteſt.n.18.ead.
Hominum conditio quænam ſit.n.5.41.
Hominum ſtatus eſt tripartitus.n.4.ead.
Honoris timor non minor videtur quam amor mortis.n.5.54.
Honor vtilitati præponi debet.n.6.ead.

I

IGnorantia facti excuſat.n.5.108
Ignorantia probabilis, ſeu inuincibilis vt dicatur quot concurrere debeant.n.3.131
Illatio non fit ex diuerſis uid.in verb. Ex diuerſis.
Immediatè, & mediatè fauorē præſtare qualiter intelligatur.n.2.107
Immiſcentes ſe duello puniuntur per Bullas duellum prohibentes, & quænam ſint pęnæ.n.1.125
Immiſcentes ſe duello, vel cauſæ duelli, quando puniantur per Bullas duellum prohibētes.n.2.126
Imperatiuum tempus aut præcipit, aut prohibet aliquid, & tunc ſtat in pęnam inducit.n.5.35
Incluſio vnius eſt alterius excluſio.n. 16.48
Impoſſibile legi non ſubijcitur.n.6.76
Indefinita oratio habet vim vniuerſalis.n.5 pag.64
Indirecte conſilium dare quando dicatur. num.6.96
Infamare ſeipſum nemo debet.n.3.54
Infamia tam iuris, quam facti reddit quem

Digitized by Google

irregularem.num.26.60.
Infideles an puniantur per Bullas, & alia iura duellum probibentia.n. 1.71
Infinitum tempus quando infligat pęnam eo ipſo.n.6.35
Innocentem damnari Deus non vult.nu. 6. pag.11.
Inordinatum omne eſt confuſum.n.3.37
Inſpicitur in vna quaq; diſpoſitione, quod in primis agitur.n.6.69.
Inſtigator quiſnam ſit.nu.1.112
Inſtigator, ac ſuadens duellum puniũtur per Bullas duellum prohibentes, & quanam ſint pęnæ illæ.n. 3.ead.
Inſtigator, ac ſuadens duellum quando puniuntur à Bullis..n.4.pag.113.
Interpretatio benignior eſt facienda in pęnis.nu.4.97
Intereſſentes dũ duellũ fit qualiter, & quando puniantur.vid.in verb.ſpectatores.
Intimans aliquid, quo fiat duellum, vel ſaltem ad illud prouocetur per Bullas duellum prohibeates punitur.n.13.124.
Intimans huiuſmodi quando puniatur.n.14. ead.
Intimans quiſnam dicatur.n.10.123
Iudex debet habere ante oculos æquitatem. num.7.65.
Iudicum etiam nominatur duellum.n.15.5
Iuri contrafaciens mortifere peccat.num.3. pag.92.

L

LAta ſententia, vel alia æquipollentia verba ſtatim inducunt pęnam, & quanam ſint illa.n.3.34
Lex noua tollit, & abrogat veterem legem, licet de ea mentionem nen faciat n.1.28.
Lex iuſta eſſe debet.n.10.44
Lex nulla eſt tam generalis, quæ nõ recipiat reſtrictionem de habilitate.n.2.70.
Lex humana ordinaria non obligat cum vitæ diſcrimine.n.12.77
Lex non facit caſus ſuos fruſtatorios, vel qui facile poſsint reddi fruſtatorij.n.4.84
Lex generaliter loquens generaliter intelligi debet.n.4.96
Lex debet eſſe probabilis.n.7.108
Lex vna aliam declarat.n.9.105.
Lex generaliter loquens ſiue præcedat, ſiue ſequatur debet limitari ſecundum illam ſpecialiter limitantem.n.10.ead.
Lex debet intelligi ſecundum rubricam, ſub qua eſt poſita.n.4.129
Limitata cauſa limitatum producit effectũ. num.2.68
Litteræ prouocatoriæ cur ſic dicantur.nu.2. pag.63
Loca mediatè, & immediatè ſubiecta S. R. E. quanam ſint.n.1.73
Loca in quib. vel in quorum territorijs duellum committitur quibus pœnis, & quando puniantur.vid.in verb. Ciuitates.
Locupletari nemo debet cum alterius iactura.nu.8.12
Loquela hominis indicat eius animum.n.2. pag.88

M

MAla qualibet debet potius quis tolerare, quam malo conſentire.nu.7. pag.55
Mandatum quid ſit.n.1.116
Mandatum qualiter differat a iuſſu.n.2.ea.
Mandatum vti differt à præcepto.n.3.ead.
Mandantes duellum fieri varijs pęnis per Bullas duellum prohibentes puniuntur, & quanam ſint illæ pęnæ.n.4.117
Mandantes duellum fieri puniuntur per Bullas duellum prohibentes, & quando.n.1. ead.
Mandantes duellum fieri an ſtatim in excõmunicationem incidant, vel requiratur mandatum executum fuiſſe.n.1.120
Matrimonium inualidum an poſſit diſsimulari à Confeſſario, qui ſcit inualidum eſſe, & con-

Digitized by Google

& coniuges ignorant impedimẽtum.n.4. pag.132.
Mediatè fauorem præſtare qualiter intelligatur. vide in verb. Immediatè.
Menti potius eſt inſeruiendum, quam ſimplici verborum cortici.nu.7.32
Minima in iure non curantur. num.7.104
Minima in iure quandoque curantur. nu.8. ead.
Mittens quiſnam dicatur.nu.4.123
Mittens aliquid, quo duellum fiat, vel ad illud prouocetur per Bullas punitur. num. 13.124
Mittens aliquid huiuſmodi, quando pœnas incurrat.nu.14.ead.
Mitius agimus cum lege quam cum homine.nu.8.65
Monomachia nominatur duellum. num.13. pag.5
Monomachia vnde dicatur, & quid ſignificet.num.14.ead.
Morte digni ſunt, qui morti conſentiunt. nu. 5.92

N

NEceſſitas extrema iuri non eſt ſubiecta.nu.11.57
Neceſſitas facit probabile, quod alias non erat tale.nu.3.71
Nuntians duellum ei, qui iam id ſciebat, an incidat in pœnas propoſitas nunciantibus illud.nu.1.125
Niſi dictio quid ſignificet.nu.5.129

O

OCcidere aliquem proprio gladio, vel alieno non differunt.n.3.81
Occupare quid ſignificet.nu.13.66
Occultans alterius delictum illud facit ſuum. nu.4.106
Omnis dictio quid importet.n.2.40
Oppida, in quibus, ſeu in quorum territoriis duellum committitur quibus pœnis, & quando puniantur. vid. in verb. Ciuitates.
Ordinarium remedium vbi habemus ceſſat extraordinarium.nu.11.77

P

PApa, vid. in verb. Romanus Pontifex.
Par virtus ligandi, atque ſoluendi. nu. 6.50
Par virtus taciti, & expreſſi eſt. nu.5.118
Peccatum non facit, qui lege permittente aliquid committit.n.5.78
Patrini officium quodnam eſſet, nu.1.89
Patrini eorum, qui duellum committunt, pœnis varijs afficiuntur per Bullas duellum prohibentes, & quænam ſint illæ pœnæ. num.2.ead.
Patrini eorum, qui duellum cõmittunt quando puniantur.n.3.90
Percuſſione vna, qui tres clericos percutit, in tot excõmunicationes incidit quot ſunt clerici percuſſi.n.4.74
Percutere qui incipit clericum, eſto deſinat, incidit in pœnam canonis ſi quis ſuadente diabolo.n.5.104
Perinde dictio quid importet.n.3.31
Plura vbi ſimul copulantur ad aliquem actum omnia concurrere debent n.3.116
Pœnæ impoſitæ duellum committentib. quoad duellum publicum habent locum etiã & in duello priuato, & è contra.num.1. pag.30
Pœnæ impoſitæ duellum committentibus & alijs, qui puniuntur per Bullas, ac alia iura duellum prohibentia ſunt ipſo iure, nec requiritur iudicis ſententia, quod dictum quouſq; pateat declaratur.n.1.34
Pœna pecuniaria non debetur niſi poſt ſententiam.n.7.36
Pœna, qua puniri debeant duellum committentes a iudicibus temporalibus.n.18.48

Digitized by Google

Pœna impoſita in vna ſpecie an ad aliã trãſferatur.nu. 4.89

Præceptorum tranſgreſſor non dicitur, qui aliquid facit Deo auctore.n.8.56

Præparatoria quædam in quolibet tractatu ſunt præmittenda.n.1.1

Præſens tempus ſignificat pœnam imponi ipſo iure.n.4.34

Præſtiterint verbum ſignificat rem perfectam.n.3.104

Præteritum perfectum tempus rem perfectam ſignificat.n.3.127

Priuatum duellum quodnam ſit.n.19.6

Priuatum duellum eſt prohibitum.num.21. pag.9

Priuatum duellum cur ſit prohibitum. num. 23.10

Priuilegia paucorum non faciunt communẽ legem.n.10.56

Priuatio præſuponit habitum. numero 5. pag.71

Probatio, quæ fit per duellum, eſt fallax.numer.11.3

Prohibito aliquo & omnia prohibita intelliguntur per quæ peruenitur ad illud.nu.2. pag.11

Prohibere qui poteſt, & id non facit, fauere dicitur.n.14.47

Prohibitũ quod eſt vna via, alia non eſt per mittendum.n.12.56

Prohibito aliquo generaliter, & illud etiam intelligitur denegatum, quod expreſſe non creditur.n.2.80

Propoſitum quod operatur in propoſito, operatur oppoſitum in oppoſito.nu.5.69

Prouocantes quinam ſint.n.1.83

Prouocantes ad duellum per Bullas duellum prohibentes varijs pœnis puniuntur, & quænam ſint illæ.n.1.83

prouocantes ad duellum quando puniantur per Bullas duellum prohibentes. nu.1.84

prouocare differt a duellum committere. nu. 6.85

prouocans aliquem, vt appareat animoſus & fortis, non autem ut duellum vellit cõmittere, an in pœnas incidat.n.1.87

prouocans ad duellum, & poſtea illud committens an in vnam, pluresue excommunicationes incidat.n.1.88

prouocatoriæ litteræ cur ſic dicantur. numero 2.63

publicum duellum quodnam ſit.nu.18.5

publicum duellum eſt prohibitum. num.21. pag.9

puniuntur Bullis, ac alijs iuribus duellũ prohibentibus multi, & qui nam ſint illi.numer.1.36

Q

Qui per alium facit ipſe facere videtur. nu.3.117

Qui eſt cauſa cauſæ eſt cauſa cauſati. num.6. pag.119

Quinimo, eſt dictio compoſita.n.5.32

Quinimo dictio, quando implicet. numero 6 eadem.

R

Ratum habens duellum an incidat in pœnas propoſitas mandantibus illud fieri.n.1.122

Regi, vel Duci, an liceat bellum in duellum conuertere.nu.1.69

Reſeruatio nulla eſt in articulo mortis.numero 7.130.

Rixa unde dicta ſit.nu.5.2

Rixa quid ſit.nu.6.ead.

Romanus Pontifex an duellum permittere poſſit.n.1.50

Romanus Pontifex non poteſt diſpenſare cõtra ius diuinum, & naturale. numero 2. eadem.

Romanus Pontifex præeſt iuri poſitiuo. numer.4.ead.

Roma-

Digitized by Google

Romanus Pontifex legem ſuam tollere poteſt, ſicuti etiam illam ſui anteceſſoris. nu. 5. ead.

S

SAcerdos quilibet in articulo mortis abſoluere poteſt. n. 8. 130
Scientia requiritur, vt quis puniatur de aſſociatione. n. 5. 91
Scribens quiſnam dicatur. n. 3. 123
Scribens aliquid, quod eſt cauſa, vt duellum fiat, punitur per Bullas, & quęnam ſint pœnæ. n. 13. 124
Scribens aliquid tale quando à Bullis puniatur. n. 14. ead.
Seditioſi quinam ſint. n. 8. 39
Separatorum ſeparata debet eſſe ratio. n. 8. pag. 85
Sepultura eccleſiaſtica quid ſit. n. 21. 58
Sequentia declarant præcedentia. num. 10. pag. 87
Singulare certamen dicitur etiam duellum. n. 16. 5
Socij qui dicantur. n. 1. 90
Socij eorum, qui duellum committunt per Bullas duellum prohibentes varijs pęnis puniuntur, & quęnam ſint illę pęnę. n. 3. ead. pag.
Socij eorum, qui duellum committunt quando puniantur. n. 4. 91
Solemne duellum quodnam ſit. num. 18. 5
Species vna ſub alia non eſt. n. 3. 88
Spectatores duellum committentium, aſtantes, & intereſſentes dum duellum fit à bullis duellum prohibentibus varijs pœnis puniuntur, & quęnam ſint hę pœnæ. n. 1. 113
Spectatores duelli, aſtantes, & intereſſentes dum duellum fit quando pęnis illis afficiantur. n. 2. 114
Spontaneus quiſnam ſit. n. 5. 81
Status hominum eſt bipartitus. n. 4. 41
Suadens quiſnam dicatur, n. 2. 112
Suadens duellum qualiter, & quando puniatur vid. in verb. Inſtigator.
Subſcribens quiſnam dicatur. n. 1. 123
Subſcribens aliquid quod eſt cauſa, vt duellum fiat, vel ad illud prouocetur, punitur varijs pœnis à Bullis duellum prohibentibus. n. 13. 124
Subſcribens quando puniatur. n. 14. ead.
Succeſſor eius, qui cenſuram tulit abſoluere ab ea poteſt. n. 3. 129

T

TErræ in quibus, & in quorum territorijs committitur duellum, quibus pęnis, & quando puniantur, vid. in verb. Ciuitates.
Tempus præſens ſignificat pœnam imponi pro iure. n. 4. 34
Tempus imperatiuum aut præcipit, aut prohibet aliquid, & tunc ſtatim pęnam inducit. n. 5. 35
Tempus infinitum quando infligat pęnam eo ipſo. n. 6. 35
Tempus futurum ſignificat ſententiam ferendam. n. 8. 36
Tollere eius eſt, cuius eſt ponere. n. 7. 50
Tolerare quis debet potius omnia mala, quã malo conſentire. n. 7. 55
Tranſgreſſor non dicitur præceptorum, qui facit aliquid Deo autore. n. 8. 56

V

VEndens arma ei, qui duellum committit, vel committere vult, an incidat in pęnas impoſitas à Bullis, & Decret. Concil. Trident. fauorem præſtantibus ijs, qui duellum committunt. n. 1. 110.
Verba debent intelligi, ut aliquid operentur, nu. 3. 11
Verbis, ideſt à verbis eſt recedendum, ac à

Digitized by Google

propria eorum ſignificatione, vt abſurditas, & iniquitas remoueatur. n. 8. 32
Verba latæ ſententiæ, vel alia æquipollentia ſtatim inducunt pœnam, & quænam ſint illa. n. 3. 34
Verba generalia generaliter debent intelligi. nu. 7. 44
Verba legis cui conueniunt, & illius legis diſpoſitio conuenire debet. n. 9. pag. 65.
Verba proprie ſunt accipienda, & in fortiori ſententia. n. 3. 93
Verba cum effectu ſunt intelligenda. nu. 1. pag. 97
Verborum idest à verborum proprietate nō eſt diſcedendum. n. 3. pag. 104
Verba propriè ſunt accipienda. n. 1. 117
Vis præciſa quænam ſit. n. 12. 109
Vnum quodque tollitur eo modo, quo inductum eſt. n. 1. 121

F I N I S.

Digitized by Google

TRACTATVS DE PROHIBITIONE DVELLI

AVTORE LVCA FLORONO

De Solarolo Iuriſconſ. ac S. Martini de Formellino Fauen. Diœceſ. Rectore.

Quo iure ſit prohibitum Duellum. Cap. I.

SVMMA.

1 *Præparatoria quædam in quolibet tractatu ſunt præmittenda.*
2 *Duellum quid ſit.*
3 *Attenditur id quod ſæpius accidit.*
4 *Etimologiæ vocabuli eſt adhærendum.*
5 *Rixa, vnde dicta ſit.*
6 *Rixa quid ſit.*
7 *Ex condicto.* } *quid ſignificet.*
8 *Ex compoſito.* } *quid ſignificet.*
9 *Determinatio, ſeu deliberatio vbi non interuenit, non poteſt dici duellum.*
10 *Duellum committentes tentant Deum.*
11 *Probatio, quæ fit per duellum eſt fallax.*
12 *Duellum cur ſic dicatur.*
13 *Monomachia etiã nominatur duellum.*
14 *Monomachia vnde dicatur, & quid ſignificet.*
15 *Iudicium etiam nominatur duellum.*
16 *Singulare certamen dicitur duellum.*
17 *Duellum quotuplex ſit.*
18 *Publicum, ſeu ſolemne duellum.* } *quodnam ſit.*
19 *Priuatum ſeu nõ ſolemne duellum.* } *quodnam ſit.*
20 *Cognito vno ex contrarijs cognoſcitur & aliud.*
21 *Duellum ob quas cauſas olim fieri permittebatur.*
22 *Duellum tam publicum, quàm priuatũ eſt prohibitum.*
23 *Duellum priuatum cur ſit prohibitum.*

ACturus de duelli prohibitione ob rationes in proœmio allatas, quo materia facilior reddatur de ipſa tria capita ſunt contemplanda. Primum eſt, quo iure ſit prohibitum duellum. Alterum, quinam ſint illi, qui connumerantur ſub prohibitione duelli, ſimulq; quibus pęnis afficiantur, & quando. Tertio quis abſoluere poſſit a pęnis, quę inferuntur per prohibitionem hanc. Antequam autem veniam ad horũ capitum declarationem, hæc prius
1 pręmittenda cenſui; † In tractatu.n. vniuſcuiuſq; materiæ præparatoria aliqua, & quædam quaſi elemẽta ad faciliorem declarationem ſunt pręmittenda. arg. l. 1. verſ. Deinde ſi in foro. ff. de orig. iur. & l. 1. §. ideoque iubemus. C. de veter. iur. enucl. & §. his igitur. Inſtit. tit. de inſtit. & iur. & §. fi. de publ. iud. Primum igitur eſt. Quid ſit duellũ. Sc'do quot modis nominetur. Tertio quotuplex ſit. Poſtremo cur olim fieri duellũ pmitteret.

Digitized by Google

2 Quoad Primũ, † duellum eſt ſingulare certamen ex condicto, ſeu ex compoſito ob ſalutem in primis animarum prohibitum.

Dixi certamẽ pro genere, quia dicitur non ſolum de hoc, verum etiã de quouis alio certamine etiam in Bello facto.

Dixi ſingulare, tum ad differentiã illius certaminis, quod fit vnius exercitus aduerſus alium exercitũ, quia illud non eſt ſingulorum corporum,
3 ſed plurium ex vtraq; parte. † Tum etiam, vt oſtendatur id, quod ſæpius accidit, arg. l. nam ad ea. ff. de leg. Duellum enim fere ſemper committitur inter duos tantum, quod indicat verbum illud Duellum, vt inquit Armill. in Sum. in verb. Duellum, in principio, & ſupplem. eod. in princ. ibi. Et dicitur duellum, & Hoſtiẽ. in Sum. in tit. de Cleric. pugn. in duell. §. quid ſit duellum, ibi. Et dicitur duellum, & Goffred. in Sum. eo. tit. n. 1. ibi dicitur autem, & Ioan. de Friburg. in Sum. libr. 2. in tit. de duell. q. 1. ibi. Et dicitur, & Syluеſ. in verb. duellum. in principio, & Cataneus Epiſcop. Chimenſ. in Summ. eod. in principio, & Plot. de in lit. iur. §. 42. num. 3. ibi. Ergo, & Tabien. in verb. duellum. in principio, & Ioan. de Annan. in Rubr. de cler. pug. in duell. quem refert, ac ſequitur Iaſ. in conſ. 144. num. 20. in fin. & Grat. in conſil. 4. num. 16. lib. 2. quem etiam refert, ac ſequitur Illuſtriſs. Tuſch. in ſua Pract. concluſ. in littera D. con-
4 cluſ. 805. in principio; ſicq; † illud proprie duellum poteſt dici adhærendo etymologiæ vocabuli, iuxt. §. eſt & aliud. Inſtit. ti. de don. & c. ſi cupis. 16. q. 1. & faciunt tradita a Bal. in c. 1. de pac. tenen. & ab Angel. in l. milites. C. de teſtam. mil. quos ſequitur Ioan de Lignan. in tracta. de duello. capit. 1. in fin. & late Anton. Bernard. Mirand. in Euerſ. ſingular. certam. lib. 2. ſect. 12. Et Catan. Epiſcop. Chimens. eod. improprie vero, vbi inter plures, ita cit. DD. Et ex his patet vnde ſit dictum.

Dixi ex condicto, ſiue ex cõpoſito. Primo, vt differat a pugna orta ex ſubitanea rixa; tunc enim non poteſt dici duellum deliberatum ac determinatum, † quia rixa, vt not. Iſidor. 5
libr. 1. Etymol. capit. 17. ducta eſt a verbo Ringer, qđ ſignificat pugnam priuatarum perſonarum ex mutua excandeſcentia, ac ira concitatam, qualis eſſe ſolet pugna canum, quorum proprium eſt ringi cum irritantur, ita Gregor. de Valen. Tom. 3. diſput. 3. q. 17. de rixa Punct. 1. in principio; Hinc S. Thom. 2. 2. q. 41. art.
6 1. inquit † Rixa eſt quoddam bellũ inter priuatas perſonas: ſed rixa nõ eſt facta cum deliberatione, & ſic ex
7 condicto aut ex cõpoſito; nam † ex condicto idem ſignificat, quod determinate; dictum eſt enim a verbo condico, condicis, quod inter alias ſignificationes idem ſonat, quod de termino, quicquid dicat Gloſ. in c. 1. de torneam. quæ dicit, ac declarat.
8 Ex condicto alias ex edicto, † ex cõpoſito vero ſignificat, quod nos dicimus ex communi conſenſu, ac ſecundum ordinem inter ipſos conuẽtum, vnde illud Virg. Eneid. 2. Compoſito rumpit vocem, & me deſtinat aræ. Vbi ergo non interuenit † illa
9 determinatio, & deliberatio, & ſic animus deliberatus, tractatus, ac cogitatus duellandi, non dicetur duel-

lum,

Digitized by Google

lum ſed rixa, ita Io. de Lignan. & Iacob. de Caſtell. quos refert, ac ſequitur Plot. in cit. tracta. de in litem iuran. §. 42. num. 3. quem Plot. etiam ſequitur Ioſeph Ludouic. in deciſ. Lucenſ. Deciſ. 11. num. 10. & ſeq. & patet ex verbis Bullæ Gregor. XIII. ac Clem. VIII. vt infra videbimus cap. 5. §. 1. Et ex his patet qualiter accipiatur hęc deliberatio, de qua re diſputat Fabius Albergatus in tract. inſcript. *Del modo di ridurre a pace l'inimicitie priuate.* lib. 4. c. 17. Secūdò ſic dictum eſt, vt ſeparetur a neceſſaria ſui defenſione, quæ permiſſa eſt, iux. l. vt vim. ff. de iuſtit. & iur. & l. 1. C. vnde vi, & l. 1. §. vim vi. ff. de vi, & vi arm. & l. ſcientiam. §. qui cū aliter. ff. ad leg. Aquil. & c. olim. de reſtit. ſpol. & Clem. ſi furioſus. de homicid. cum illa non ſit deliberata, nec determinata ſaltem ex parte aggreſſi, vt probatur in cit. Clem. ſi furioſus, & de hac defenſione dicam infra citat. capitul. 5. §. 7. in duello autem ex parte vtriuſque requiritur deliberatio, ac determinatio, vt dictum eſt, ac etiam videbimus, ergo.

Dixi ob ſalutem in primis animarum prohibitum, vt appareat primaria cauſa, ob quam fuerit prohibitū; multę enim ſunt, & omnes ad hunc finem tendunt.

10 Nam prima eſt † quia duellum cōmittentes tentant Deum; ſic enim inquiunt Goffred. in Sum. in tit. de cler. pug. in duell. & Ioann. de Friburg. in tit. de duell. in Sum. in q. 2. num. 2. & communiter DD. qui pie, ac ſancte de hac re tractarunt faciuntque dicta infra hoc cap. §. 1. in num. 1. verſ. quod diuino iure, & ratione etiam probatur. Nam tentatur Deus, vbi perquiritur aliquid cōtra naturam, quod non eſt producibile, niſi miraculo diuino, & duellantes illud ineunt, vt in pugna Deus oſtendat miraculum, & ſic ſibi vſurpant diuinum iudicium, vt. ſ. per victoriam vnius appareat eius iuſtitia, & alterius iniuſtitia, credunt enim ſaltem tacito habētem cauſam iuſtam pugnandi victorem eſſe, operante diuina diſpoſitione, vt inquit Nicol. de Lyr. in lib. 1. Reg. cap. 17. de prælio Dauidis cum Goliath. nu. 1. in verb. Audita. verſ. vno modo, & Caiet. 2. 2. q. 95. art. 8. in reſp. ad tertium. verſic. Nec ſolum huiuſmodi duellum, & Sayr. in cap. 13. lib. 7. n. 13. in Theſaur. caſ. conſcien. inſcrip. Clauis Regia, & Abb. in c. 2. num. 7. verſ. in Gloſſ. 1. in fin. de cler. pugn. in duell. & ſic tentatur Deus in hoc, vt miraculum faciat.

11 Secunda eſt, † quia probatio, quę fit per duellum, non eſt efficax immo fallax. Nam primo, vbi homines inter ſe contendūt de aliqua re, alter eorum offert duellum, & alter illud acceptat, vt qui vincit, vt dixi, videatur ſuam intentionem probaſſe, & ſi non vincet, defeciſſe in probatione putet, ita ſupplem. in verb. duellum, & Caiet. eod. art. 8. in verſ. Ad audientiam, & Say. eod. capit. 13. num. 13. & ob id vellent inducere in teſtimonium, quod non eſt teſtimonium, cum & hic tacito petant miraculum, vt oſtendatur veritas, quo ille, qui eſt minus fortis, & minus ingenioſus per duellum victoriam obtineat, quod eſt illicitum; vt plurimum enim minus fortis ſuccumbit, vel etiam magis fortis, ſed

minoris induſtriæ, ac artis in genere armorum, quia hoc eſt naturale, vt fortior, & ingenioſior veniat minus forte, minusq; ingenioſum, & ſic non tam facile reperiuntur duo duellum committentes eiuſdem fortitudinis, & paris induſtriç, vt inquit Caiet. ibid. verſ. Et huiuſmodi duellum, & facit cap. ſignificantibus. de purg. vulg. Immo dato, & non conceſſo, vt ſint pares, adhuc multa poſſunt occurrere, vnde probatio ſit inefficax, & ſic hoc verteretur in damnũ veritatis, ita Caiet. ibid. & Sayr. & Ioan. de Lignan. quem refert, ac ſequitur etiam Iaſ. in conſ. 144. num. 14. in fin. & ob id ſi hoc concederetur, contingeret aliquando innocentem condemnari, quod Deus non vult. c. quæritur. 22. q. 2. Hinc ſuperatus in duello non habetur pro conuicto, & ita DD. tenere aſſerit Abb. in c. 1. prope finem de cler. pugn. in duell. & ibi Addit. ad eum in verb. duellum. Poſtremo illud a iure eſt improbatum per quem partibus iuſtitia denegatur, & eiſdem iniuria irrogatur, diuinitus. n. ſunt iura promulgata per ora principum. l. vlt. C. de long. temp. præſcript. & cap. quo iure. diſtinct. 8. & cap. placuit. 16. q. 1. ſed per duellum ac talem probationem contingit, vt dixi, innocentem ſuccumbere, & ſic iniuriam illi irrogari, nocentem vero obtinere, & ob id iuſtitia non fieret, ergo.

Tertia eſt, quia vterque exponit vitã morti, & vulnerum periculo tũ ipſius, tum alterius, contra rectam rationem, quod eſt prohibitũ, ergo. Quarta, quia inter aſtantes, ac pugnantium amicos odia, & altercationes proficiſcuntur, & ſic ex vno inconuenienti plura eodem tempore oriuntur in periculum fidelium animarum, & eorum corporum, naſciturq; ſcandalum, ac pernicioſum exemplum, ita Iul. II. inquit in ſua Bulla in verſicul. Et quamuis, quæ Bulla eſt infra hoc c. §. 11. n. 1.

Quinta vt tollantur cædes, rixæ, contentiones, fomenta ſcandalorũ, paxque, ac concordia vigeat, & conſulatur fidelium proſperis ſucceſſibus, ita Iul. II. in citat. ſua Bulla in principio.

Sexta, quia nefas eſt hominem homini inſidiari, inter quem cognatio quædam a natura conſtituta fuit, vt ait idem Iul. II. in cit. Bulla in verſ. Nos igitur, ibi attendentes hominem homini.

Poſtrema eſt, quia inuentum fuit duellum Dœmonis inſtigatione, ita habetur in cit. Bulla Iulij II. in principio, ibi. Et quamuis Principes, & in Decreto Concil. Trident. in principio infra poſit. hoc capit. §. 2. & in Bulla Clem. VIII. in principio, ibi. Quæque eodem fabricante, & communiter tenent DD. de hac re pie ſcribentes; fecit hoc enim Dœmon, vt homines ſe trucidarent, indeq; reſurgeret animarum perditio ob repentinas mortes (niſi diuina præueniantur gratia) & ſic vt cruenta corporum morte animarum ſimul & interitum lucretur, ita inquit Abb. in cit. c. 1. in fi. de cler. pugn. in duell. & in c. 2. in fi. eod. & colligitur ex cit. iurib. Ex quibus patet in primis prohibitum fuiſſe ob ſalutem animarum, cum hæ ſupradictę rationes tendant ad hunc vnum finem. Et de primo ſatis.

Quoad ſecũdum his modis nomi

natur

12 natur. † Nam primo dicitur duel-
lum, quaſi duorum certamen, ſiue
bellum, quod proprie dicitur duel-
lum, licet poſtea plures ſint, vt tenet
Marcus Scarſell. in ſua Summa in-
ſcript. Giardino de Sommiſti. p. 1.
cap. 232. in principio, quod impro-
prie poteſt dici duellum, vt dictum
13 eſt ſup. n. 4. Secũdo dicitur † Mono-
machia, vti legitur in c. Monoma-
chiam 2. q. 4. & in Bulla Greg. XIII.
incip. Ad tollendum, ibi Monoma-
14 chiam, commiſerint. † Hoc autem
nomen Monomachia græcum eſt
ductum a Monos, quod ſignificat v-
num, & Machia, quod ſonat pugnã,
ſiue duellum, quaſi vnius pugna ex
vtraque parte, ideſt ſingularis pu-
gna, ita Supplem. in verb. duellum.
in principio, ibi dicitur etiam, & Ho
ſtienſ. in Sum. in tit. de cler. pugn. in
duell. ibi Monomachia autem, &
Goffred. in Sum. eod. tit. n. 1. ibi, di-
citur etiam Monomachia, & Ioan.
de Friburg. in Sum. in lib. 2. in tit. de
duello. q. 1. ibi dicitur etiam, & Syl-
ueſtr. in Sum. in verb. duellũ. in prin-
cipio, ibi, Quod etiam. & Tabien. in
verb. eod. in principio, & Ioan. de
Annan. in Rubric. de cler. pugn. in
duell. quem ſequitur Iaſ. in cit. conſ.
144. num. 20. in fin. & late Anton.
Bernardin. Mirand. in euerſ. ſingul.
certam. lib. 2. ſect. 8. verſic. Item gr
ci, & nouiſſime Illuſtriſſ. Tuſch. in
ſua Pract. concluſ. in litera D. con-
15 cluſ. 805. numer. 2. † Tertio dicitur
iudicium, quia pugnantes tacito ex-
pectant iudicium Dei in ea re, ſuper
qua fit Duellum, ita ſupplem. eo. ibi
Dicitur etiam vulgo, & Ioan. de Fri-
burg. ead. quæſt. 1. in fin. & Sylueſt.
eodem in principio, ibi. Et huic con
ſonat, & Tabien. eodem, ibi dicitur
etiam. Tale autem iudicium eſt illi-
citum, vt vidimus ſupra num. 10.
16 † Quarto dicitur ſingulare certa-
men, vt vidimus in definitione, ſeu
ipſius deſcriptione, ductum a verbo
latino, vt per Mirand. in cit. verſic.
Item græci, quaſi pugna ſingulorum
corporum ex vtraq; parte, atque ſic
inquit Illuſtriſſ. Tuſch. in cit. concl.
805. n. 5. hocq; nomine nominatur
lib. 1. Reg. cap. 17. & a Leone X. in
ſua Bulla infra poſita hoc cap. §. 11.
in verſ. Cum autem ſicut, ibi vt paſ-
ſim quotidie ſingularia huiuſmodi
certamina, & a Pio IV. in ſua Bulla
in verſ. Cum autem, ibi Nonnulliq;
alij ſingularia certamina exoptan-
tes. Et de hoc ſecundo itidem ſatis.

Quoad tertium, ſcil. quotuplex
17 ſit, dico duplex † eſſe; aliud enim
eſt publicum & ſolemne, aliud pri-
uatum, & non ſolemne, vt probatur
ex iuribus, conſtitutionibus, ac le-
gibus, quibus prohibitum eſt duel-
lum, & pręcipue ex Bulla Greg. XIII.
in verſ. Nos ad hęc, & ex Bulla Cle-
men. VIII. in verſ. Quinimo de no-
18 uo. † Publicum, & ſolemne eſt, vbi
dantur Patrini, aſſignatur, ſeu eligi-
tur locus, illiuſq; loci habetur ſecuri
tas, hoc eſt conceditur licentia duel
lum ineundi impune, quod vulgo
dicitur Campo franco; tempus e-
tiam deſtinatur: eliguntur arma,
fiunt ſcripturæ. arg. eorum, quæ tra-
dunt Romani Pontifices in ſuis Bul-
lis, et quę habentur in Decreto Con
cil. Tridentin. faciunque tradita a
Præceptore meo D. Bartholomæo
Vgol. Barbiani Archipresbytero in
tract. de offic. & poteſt. Epiſcop. p. 1.
capit. 8. §. 2. numer. 1. verſic. tertio

locum

Digitized by Google

locum habet, & a Nauar. in conſ.2. de purg. vulg. num. 1. & a contrario ſenſu per Emanuel. in ſuis Aphoriſmis confeſſ. in verb. Excommunicatio. in cap. excommunicationes nul
19 li reſeruatæ. num. 14. † Priuatum vero, vbi illa, quæ reperiuntur in publico, non interueniunt ob ea, quæ diximus, & quæ tradit Emanuel. eo.
20 in loco; cognito † enim vno ex contrarijs cognoſcitur & aliud. Princip. tit. in inſtit. de ijs, qui ſunt ſui, vel alien. iur. iunct. ibi Gloſſ. Et de tertio itidem ſatis.

21 Quoad poſtremum † multæ ſunt cauſæ, quæ referuntur a DD. ob quas duellum fieri permittebatur, vt per Caiet. 2.2. q. 95. art. 8. in reſp. ad tertium, & Armil. in verb. duellum. in principio, & Petr. Nauarr. de reſtit. lib. 2. capit. 3. num. 281. cum ſeq. & Sayr. in Theſaur. caſ. conſcien. inſcript. Clauis Regia lib. 7. capit. 13. numer. 13. cum ſeq. quarum prima erat. Ad manifeſtationem, ac probationem veritatis ſuper aliqua re. Secunda ad virium oſtentationem. Tertia gratia ſpectaculi. Quarta ad propulſandam ignominiam. Quinta ad terminandam litem ciuilem, aut criminalem. Sexta ob inanem gloriam in publico conſequendam, vel ob iram. Quæ omnes cauſæ hodie ſunt improbatæ ex parte accipiẽtis, vt nunquam poſſit in his caſibus acceptare duellũ, minus autem ex parte offerentis licitæ ſunt, vt ad illud prouocare nequeat. arg. eorum, quæ tradit Sayr. eod. cap. 13. nu. 14. verſ. quinto, & quæ dicam infra cap. 3. §. 1. nu. 6. verſ. octauo locũ habet.

Prima igitur de manifeſtatione, & probatione veritatis ob hanc rationem eſt improbata, quia inter ſortium ſpecies pót hæc enumerari ſecundum S. Thom. 2.2. ead. queſt. 95. art. 8. in Reſp. ad tertium, & ibi Caiet. verſ. Prima eſt manifeſtatio, & Nauar. in Man. cap. 11. num. 39. & Gregor. de Valent. tom. 3. diſput. 3. q. 17. de rixa. Punct. 1. verſ. Nec tertio, & Sayr. eod. cap. 13. num. 13. in principio, & ſic hoc eſt tentare Deũ, quod eſt prohibitum, vt videbimus, eſtq; contra rectam rationem, quia non eſt aptum medium ad veritatẽ probandam, ſed potius inuerti poſſet in damnum veritatis, & ad cõfirmationem mendacij, cum accidere poſſit, vt ſuccumbat in duello is, qui iuſtam cauſam habet, & qui iniuſtã habet victor exiſtat, vt ait Caiet. & Sayr. eod. & vidimus ſupra.

Secunda, quæ eſt ad oſtentationẽ uirium, prohibita eſt, quia eſt itidẽ contra rectam rationem, cum vterque eligat alium percutere, & ſic periculo mortis ſe committunt, ita Caiet. eod. in loco verſ. ſecunda cauſa eſt, & Gregor. de Valen. eo. de rixa. Punct. 1. verſic. Nec quinto, & Sayr. eod. nu. 13. verſ. Secunda cauſa eſt. Quare ſimilis fuit cauſa Gigãtis Goliath, vt legitur libr. 1. Reg. cap. 17. qui offerebat ſingulare certamen, & ſic duellum filijs Iſrael illis verbis. Eligite vobis virum, & deſcẽdat ad ſingulare certamen, &c. quo probaret ſuis viribus exercitum Phyliſtinorum prȩualere exercitui Saul; Dauid ſingulare certamen accepit, & Gigas ab eo occiſus fuit, vnde Dauid probauit exercitum Saul præualuiſſe alteri, habetur enim ibidem. Præualuitque Dauid aduerſus Philiſteum in funda, & lapide, quod duel

lum

Digitized by Google

ſum tamen non imputatur Dauidi ob ea, quæ infra videbimus cap. 5. in principio. num. 6. verſ. alterum. Etſi igitur de iure ciuili permiſſum erat duellum experimento, ac gratia virtutis ſecundum Gloſſ. in l. qua actione. §. ſi qs in colluctatione. ff. ad leg. aquil. & tradit Bald. in l. 1. ff. de edili. edict. & Claud. Aquenſ. qui teſtatur de cõmuni in l. ex hoc iure. n. 34. ff. de iuſt. & iu. & Viuius in ſua ſylua comm. opin. in opin. 231. in princip. Immo Hoſt. quem ſequitur Abb. in c. 1. de torneam. tenet etiam pro experimento virtutis duellum permitti clericis, vbi concludit nullam eſſe differentiam inter ius ciuile, & canonicum quoad hoc, eũ quoque ſequitur Dec. in conſ. 9. num. 4. vol. 1. qui multa de conſuetudine dicit; cõcludunt namque, ſi duellum ad mortẽ non tendat licere fieri pro experimẽto virtutis, etiam ſi in aliquo caſu mors ſequi poſſit, & ratio horũ eſt, quia tanquã occidens non habetur in aliqua conſideratione. Etſi inquã de iure ciuili permittebatur in illis caſibus dictis & DD. erant huius ſententiæ etiam quoad clericos, vbi illud duellum non tendebat ad mortem; Hodie tamen omnino hoc eſt prohibitum & præcipue clericis. Tum quod Concilium Trident. ſeſſ. 22. de reformat. cap. 1. ſtatuit clericos ſub pœnis ordinarijs alias ſtatutis ac alijs maioribus arbitrio ordinarij imponẽdis non poſſe in huiuſmodi colluctationibus, choreis, acti ludijs, & huiuſmodi interuenire, nec ſe exercere. Tum quod, vt infra videbimus, duellum eſt prohibitum omnibus ergo multo magis & clericis. Auth. multo magis. C. de ſacroſan. eccl. Clericis ergo prohibitum erit quodcunque duellum, eſto non tendat ad mortem licet non ſemper ſub pœnis impoſitis duellum committẽtib. Quoad laicos vero, ſi proprie omnino non eſt duellum, quod prohibitum per Bullas non ſit, permitti poterit; quod quale ſit apparebit ex infra dicendis cap. 3. §. 1. nu. 17. verſ. Poſtremo excipitur, & c. 5. §. 8.

Tertia cauſa erat gratia ſpectaculi, quæ & ipſa ob hanc rationem prohibita eſt, quia eſt nimis atrox, & crudele medium hoc ad finem tam parui momenti, vt ait Greg. de Valent. ead. q. 17. de rixa punct. 1. verſ. Nec ſexto, & Sayr. eod. cap. 13. nu. 14. verſ. quinta.

Quarta erat ad propulſandã ignominiam, & ſic propter defendendũ, ac tuendum proprium honorẽ, quæ cauſa omnino a Clem. VIII. eſt improbata expreſſe in ſua bulla. in ver. Pręterea pari ratione, ibi ſub prætextu proprij, vel alieni honoris. Ob id autẽ eſt improbata, quia licet apud idiotas plurimum valeat hoc (apud ipſos enim reputatur vilis, & degeneris animi, ſi illud non accipiat) nihil tamen hoc valet apud ſapientes; Tum quia hæc cauſa non eſt rationi conſona, vt quis velit exponere vitã ſuam periculo, ac etiam vitam proximi ſui, vnde illud Poetæ Arioſti.

Non ſanno, che vaglia,
La vita quei, che sì la ſtiman poco, vt refert Ioã. Baptiſta Oleuan. in tract. ſuo de pace libr. 2. capit. 13. numer. 2. Tum etiam, quia facit contra diuinam legem, quam offendendo peccat. Tum denique cum per hoc non amittat honorem, ſed illud potius tueatur non acceptando, vt videbimus

mus infra c.5.in principio, & faciũt late tradita a Fabio Albergato Bonon.in tract.inſcrip. *Del modo di ridurre à pace l'inimicitie priuate*. lib.4.cap.19. & ca.30. ibi *ſimilmente s'è veduto*. Addo, quia ſi ob hãc cauſam eſſet licitum acceptare duellum, liceret ẽt illud indicere, quod omnino eſt prohibitum, atq; ſic annotarunt Caiet. eo.verſ. Tertia cauſa, & Dominicus Bannes, & Gregor. de Valent. ead. q.17. de rixa. Punct. 1. verſ. Nec ſecundo, quos etiam refert, ac ſequitur Sayr. eod.num. 17. verſ. Tertia cauſa. Hinc omnia dicta ab Anton. Bernardin. Mirand. in Euerſ. ſingul. certam. ceſſant ſecundum religionẽ noſtram Chriſtianæ fidei, quamuis ipſe dicat illa intelligere, vt Philoſophus.

Quarta cauſa erat de terminanda lite tam ciuili, quam criminali (non enim loquor de eo caſu, quem diſputant DD. vbi cogitur ſuſcipere, ac acceptare duellum, alias a iudice ad mortem damnatur, quem videbimus infra cap. 5. §. 10. ſed vbi offenditur in re, vel etiam in corpore aliquo modo, non autem ad mortem, nec ad membri mutilationem; ſic enim intelligo DD. infra cit.) hęc igitur quarta cauſa itidem eſt improbata, quicquid dicat Nicolaus de Lyra in citat.cap.17. lib. 1. Reg. vbi agit de ſingulari certamine Dauidis cum Goliath, atque ſic de terminanda ciuili lite tenet Hoſtienſ. in Sum. in tit. de cler. pugn. in duell. §. an ſit auferendum. verſic. Nec admittas, vbi ait, etſi præceptum iudicis excuſat a tanto, non tamen a toto. arg. cap. ſacris. de ijs, quæ vi metusve cauſ. fiunt, & potius debemus iacturam rerum ſuſtinere, quã huic malo conſentire. c. ſuſcepimus. de homicid. omniaque mala pati. cap. ita ne. 32. q. 5. Idem tam de ciuili, quã criminali ob eaſdem rationes tenet Goffred. in Summ. eod. tit. de cler. pugn. in duell. num. 3. verſ. ſi enim quis, & Ioan. de Friburg. in Summ. lib. 2. in tit. de duello. quęſ. 3. ibi Peccant ergo, licet poſtea ead. q. 3. verſ. ſed cum res benignior ipſi videatur illa opinio, vt poſſit defendere res ſuas in duello a iudice oblato, quod non eſt tenendum, quia ſolummodo eſt permiſſum, vt videbimus ob defenſionem neceſſariam vitæ. Idẽ tenet, vt hæc cauſa ſit improbata, Caiet. eod. artic. 8. verſ. Quarta cauſa, & Syl ueſt. in verb. duellum. num. 2. verſ. ſed pro defenſione, ibi, tertio modo indiſtincte, & Petr. Nauar. de reſtitut. eod. libr. 2. capit. 3. nume. 281. verſ. ſecundus caſus eſt, & num. 288. ibi. Mihi videtur ſecundo, & Gregor. de Valent. ead. q. 17. de rixa. Punct. 1. verſ. ponitur etiam, & verſ. Nec quarto id licet, & Petr. de Arrag. ac S. Antonin. quos refert, ac ſequitur Sayr. eod. cap. 13. nu. 14. Ratio autem cur improbetur hæc cauſa, illa eſt, quia medium concludendi, ac determinandi litem non eſt aptum, eo quod ſemper exponitur periculo iuſtitia cauſæ; & ob id eſt contra rationem velle cum periculo iuſtitiæ cauſæ vitam propriam, vel alterius periculo committere. Præterea alia ſunt media ad litem terminandam, vt conuentio partium, iudicis ſententia, ac commune bellum, ſi opus fuerit, de qua vid. Sayr. eod. n. 14. & Greg. de Valent. eod. verſ. Nec quarto.

Po-

Digitized by Google

Poſtrema erat ob inanem gloriam, & iram, quæ & ipſa ſine dubio eſt improbata ob ſupradictas rationes, & præcipue ob Concil. Trid. vt tenet Petr. Nauar. eod. cap. 3. nu. 290. lib. 2. verſ. Sextus quando, ſicuti etiam eſt illa ad vindicandam iniuriam, vt per Sayr. eod. n. 14. ibi. Non igitur ad vindicandam. Hę ergo omnes cauſæ, quibus olim permittebatur duellum, ſunt improbatæ; tam ob ſupradictas rationes, & auctoritates, tum etiam quia, vt videbimus infra, duellum eſt prohibitum ex quacunque cauſa, etiam alias a legibus permiſſa, ergo multo magis in his caſibus: tum denique, quia illa ſolum probatio admittitur; quæ a nullo iure reprobatur l. nec omiſſa. C. de libe. cauſ. & l. indicia. C. de rei vend. Et de hoc poſtremo itidem ſatis.

Verum vidimus duellum duplex eſſe, eſt ne prohibitum & publicum, quod dicitur ſolemne, quam priuatum ideſt non ſolemne? Breuiter
22 concludo † & tam publicum, quam priuatum prohibitum eſſe, vt de publico patet in Bulla Iulij II. Leonis X. Clemen. VII. Pij IV. & in Decreto Concil. Trident. infra poſit. & de priuato in Bulla Gregor. XIII. ibi auctoritate Apoſtolica ſtatuimus omnes illos, qui ex condicto ſtatuto tempore, & in loco conuento monomachiam commiſerint, etiam ſi nulli patrini, ſocijve ad id vocati fuerint, nec loci ſecuritas habita, nullæve prouocatoriæ litteræ, aut denunciationis chartulæ præceſſerint, &cæt. Ecce hic Romanus Pontifex prohibet duellum, in quo nulli patrini ſunt dati, nec loci ſecuritas habita, at vt dixi ſupra, illud eſt publicum, ac ſolemne duellum, vbi patrini ſunt dati, habeturque ſecuritas loci, & priuatum, vbi hæc non interueniunt, ergo & priuatum eſt prohibitum. Præterea ibidem Greg. XIII. imponit pœnas impoſitas a Concilio Trident. ijs qui priuatum duellũ committunt, ac alijs ibid. ab ipſo enumeratis, dum dicit cenſuris, & pęnis omnibus a dicto Concilio propoſitis teneri perinde, ac ſi publico, & conſueto abuſu ſingulare certamen iniuiſſent. Si ergo vult ibi Romanus Pont. vt ſupradictum duellum committentes, in quo non interueniunt patrini, non deturque loci ſecuritas (quod dicitur priuatum) obligentur pœnis ijs, de quibus in Concilij Trident. Decret. quo in loco agitur de publico, ac ſolemni duello, perinde ac ſi publicum, & conſuetum committerent, ergo hoc eſt priuatum, & ob id & ipſum prohibitum, atque ſic etiam tenet Nauar. in conſ. 1. de purga. vulg. nu. 1. ibi, ſed extenſum fuit poſtea. Poſtremo id probatur per Bullam Clemen. VIII. in qua pari paſſu prohibetur, & publicum, hoc eſt ſolemne, & priuatum. Nam primo approbat, confirmat, & innouat omnes conſtitutiones Romanorum Pontificum, & Decretum Concil. Triden. in verſic. Nos nefaria diaboli, quib. conſtitutionibus, & Decreto, vt vidimus, & ſolemne, & non ſolemne prohibitum eſt, vt de ſolemni in Bullis, & Decreto Concil. Trident. except. Bulla Gregorius XIII. in qua de priuato agitur, ergo. Præterea id verbis expreſſis dicit in verſicul. Quinimo de nouo, ibi Excommunicamus, & Anathematizamus,

maledicimus,& execramus omnes, & quoſcunq; publice, vel priuatim, palam, vel occulte, quibus verbis quid clarius ad rem noſtram probādam? Et publicum igitur, hoc eſt ſolemne,& priuatum, ideſt non ſolemne duellum improbatum, ac prohibitum eſt.

23 Priuatum autem † prohibitum fuit, quia cum viderent illud committentes effugere pœnas impoſitas duellum publicum committētibus, illud exequi non dubitabant, vt inquit Gregor. XIII. in citat. ſua Bulla ibi, ſed creſcente hominum malitia, &cæt. Addo & tam in publico, quā in priuato fere omnes rationes vigere, quibus vidimus duellum prohibitum fuiſſe. Quia igitur duellum & tam publicum, quam priuatum eſt prohibitum, friuolæ, ac nullius momenti ſunt illę inueſtigationes, ac quæſtiones, quæ fiunt a DD. & præcipue a Ioan. de Lignan. in trac. de duello. a cap. 10. vſque ad finem, vbi quærit qualiter fieri debeat duellum. Item an iuramentum de actu ſit præſtandum per duellum ineuntes. Item, vbi quærit qualiter ſit ordinandum duellum. Item quibus armis; & an ſi frangantur armę in duello aliæ debeant dari; & quis prior debeat percutere, & an duellum, quod vno die non poteſt terminari, poſſit differri ad ſequentem diem, & huiuſmodi, ob id abſolute dicemus nullo modo fieri poſſe, & nullo ordine ſeruato. Non etiam prodeſt ſcire quinam ſit actor, & reus, cui competat electio armorū, quæ omnia, vbi cupis ſcire, late tradantur omnia a DD. de hac re tractantibus, & præcipue ab Illuſtriſs. Tuſch. in Pract. concluſ. in littera D. concluſ. 806.

His ſic præmiſſis, iam, quod mihi explicandum propoſui, primo loco aggrediamur, ſcil. quo iure prohibitum ſit duellum: id quod in ſeq. pręſtabimus.

SVMMA.

1 *Duellum prohibitum eſt iure diuino, naturali, gentium, Pontificio, ac ciuili.*
2 *Prohibito aliquo & omnia prohibita intelliguntur per quæ peruenitur ad illud.*
3 *Homicidium prohibitum iure diuino.*
4 *Charitas eſt fundamentum omnium virtutum.*
5 *Charitas quid ſit.*
6 *Innocentem damnari Deus non vult.*
7 *Experientia dicitur rerum magiſtra.*
8 *Locupletari nemo debet cum alterius iactura.*

§. I.

§. Præmiſſis iam dictis, tria capita de hac materia prohibitionis duelli explicanda eſſe dixi, quorum primum eſt, quibus iuribus, ac legibus prohibitum ſit † duellum. 1
Quoad hoc igitur breuiter dico prohibitum eſſe iure diuino, naturali, gentium, Pontificio, ac ciuili, & ſic omni iure, ita tenet Ioan. de Ligna. in tract. ſuo de duell. cap. 7. nu. 4. & Mar. Socin. Iun. in conſ. 122. vol. 2. num. 1. & in conſ. ſeq. num. 1. & Henric. Boic. in cap. 1. de cler. pugn. in duell. & Ioſeph Ludouic. in deciſ. Lucenſ. in deciſ. 11. numer. 2. cum quatuor ſeq. & Plot. de in lit. iur. §. 42. num. 1. & Iaſ. in conſ. 144. num. 14. & num. 21. verſ. ſtat ergo, vbi ait id probari per infinitas auctoritates, &

num.

Digitized by Google

num. 22. verſ. ex iſtis, vbi concludit Canoniſtas omnes, ac legiſtas, nec non Theologos id tenere. Idem ait Vin. in ſua Sylua comm. opin. in op. 232. propter peccatum mortale tã reſpectu prouocati acceptantis, quã prouocantis, per Gloſ. in cap. Monomachiam. 2. q. 4. & ibi Archid. & Io. de Plat. per tex. ibi in l. 1. C. de glad. li. 11. eſtq; communis opin. vt ibid. ait Viu. idq; ſic probo.

Quod diuino iure ſit prohibitum, probatur primo, quia licet non reperiatur verbis expreſſis vllo loco pręceptum fuiſſe, ne fiat duellum, vt dicitur in cit. c. Monomachiam; illi tamen tentant Deum, qui duellum ſequuntur, vt dicitur ibid. & in ca. fin. de purg. vulg. & in Bulla Iulij II. in verſic. Nos igitur, ibi, Et exemplis Deum tentandum non eſſe præmoniti, vt diximus etiam ſupra in principio cap. num. 11. & a Deo dictum fuit, fas non eſſe Deum tentare, vt habetur Deuteron. cap. 6. num. 16. & apud S. Matthæ. cap. 4. num. 8. illis verbis. Non tentabis Dominum Deum tuum, referturque in c. quæritur. 22. q. 2. ergo.
2 Secũdo † ſic probo, vbi aliquid aliquo iure inhibetur, & oẽ id per quod peruenitur ad illud, ꝓhibitũ intelligitur. l. orõ. ff. de ſpõ. l. cum lege. ff. de fideiuſſ. l. eos. in fi. C. de vſu. l. fi. in fi. C. de vſu. rei iud. l. ſed & ſi lege. §. itẽ veniũt. ff. de pet. hæred. l. 1. §. vt ſupra. ff. de mil. teſt.
3 Sed † iure diuino inhibetur homicidium, quia eſt directo contra vnum de præceptis Decalogi, illud nempe Non occides, vt legitur Exod. cap. 20. num. 13. & Deuteronom. cap. 5. num. 17. & apud S. Matthę. capit. 5. nume. 21. ergo & duellum prohibitum intelligitur, per quod peruenitur ad homicidium, ac membri mutilationem, quod eſt luce clarius, atque ſic etiam in hac re ſenſit Iaſ. in cit. conſ. 144. num. 17. Tertio ſic probo. Ille actus iure diuino prohibitus eſt, q a charitatis fonte eſt alienus;
4 charitas † enim eſt fundamentum omnium virtutum, & eſt excluſiua vitiorũ. c. charitas eſt, & c. ergo. de pœnit. diſt. 2. & ſic, quod eſt alienũ a charitate, ſapit naturam peccati, quod eſt prohibitum iure diuino;
5 ſed duellum eſt tale; † quia charitas eſt dilectio Dei, & proximi cit. cap. charitas; & dilectio proximi eſt ſicut ſui ipſius. c. proximos, ea. diſt. 2. duellantes vero duellãt, vt alterum vincant, & ſic nõ diligunt proximũ, ergo iure diuino eſt prohibitum, ita Iaſ. eod. conſ. 144. num. 8. Quarto ſic probo, illud dicitur iure diuino improbatum, quod eſt inuentum fabricãte diabolo, nihil enim commune Dei ad diabolum, lucis ad tenebras, at duellum diaboli inſtigatione eſt inuentum cit. c. monomachiam, & cap. conſuluiſti, eod. & vidimus ſupra hoc cap. in principio n. 11. verſ. Poſtrema ergo, atq; ſic tenet Ioan. de Lignan. quem refert, ac ſequitur Iaſ. in cit. conſ. 144. num. 15. Quinto
6 ſic probo, † Deus non vult innocentem damnari. ca. quęritur. 22. q. 2. & ob id contrarium faciens, facit contra præceptum diuinum: at per duellum innocens damnatur, vt probaui ſupra in principio cap. n. 21. verſ. Prima igitur, & habetur in c. ſignificantibus, de purg. vulg. ergo. Poſtremo ſic inquiũt Supplen. in verb.

Digitized by Google

duellum.n.1.& Syluest.in Sum.eod. n.2.& Tabien.eo.n.2.& Angelic.eo. in princ.& Mar. Soc.Iun.in cit.conſ. 122.n.1.& Iacob.de Caſtell.quem refert,ac ſequitur Ioſeph Ludou.in cit. deciſ.11.num.2.& habetur in Bulla Leonis X.in principio dum dicit. Et diuina, humanaq; iura deteſtantur, & Clemen. VIII.in ſua Bulla in verſ. Rite,ac ſalubriter, ibi qui deteſtandum diuina, naturalique lege,ac ſacris canonibus damnatum. Diuino iure igitur eſt prohibitum duellum.

Quod itidem naturali lege prohibitum ſit,probatur primo ex cit. verbis allatis ſupra ex Bulla Clem. VIII.in citat.verſ.Rite,& ſalubriter, ibi,naturalique lege. Secundo,quia lege naturali vetitum eſt, ne quis alteri faciat, quod ſibi non vult fieri, per illa verba.Quod tibi non vis fieri alteri ne feceris, vt refert Gratia. in c.1.diſt.1.& Gloſſ. in l. 1. ff. quod quiſq; iur.& ibi Riminald.p.1.n. 27. quæ lex dicitur diuina naturalis,vt ibi per dictum Riminal. at per duellum alter offenditur, vel ſaltem eius offenſio ſemper procuratur; fit enim duellum armis, quibus hęc præſumũtur ad tradita p Marſ.n.13.poſt Bar. in l.1.§.diuus.ff. de ſicar. & per eundem Marſ.in l. 1.n.36.C. de ſicar.& Dec.in conſ.9.nu.3. vol.1. & Grammat.in conſil.crimin. conſil. 29. nu. 20. vbi dicunt animum occidendi cognoſci ex genere armorum,& qualitate, & ex loco percuſſionis, vti etiam tradit Riminald.in l.vt vim.n. 210.& n.221.ff.de iuſt.& iur.& id nemo ſibi ipſi fieri vellet,ergo. Poſtremo ſic tenet Greg.de Valen. to.3.diſput.3.q.17.de rixa.Pũct.1.verſ.Eſt autem aſſertio certo iure naturali.

Quod autẽ ſit prohibitum iure gẽtium ſic probo. Communis,& naturalis æquitas, ſuper qua fundatur ius gentium diſponit, ac tendit ad conſeruationem vniuerſi, illiusq; augumentum.l.1.§.hoc ius naturale, & l. ex hoc iure. ff.de iuſt. & iur. At duellum tendit ad deſtructionem, nõ autem ad conſeruationem,vniuerſi, vt
7 experientia docet, † quæ dicitur rerum magiſtra.c.quã ſit. de elect.lib. 6.verſatur enim circa annihilationẽ hominis,qui eſt nobiliſſima pars vniuerſi, immo finis productorum.l.in pecudum.ff. de vſur. ergo. Præterea ille actus prohibitus eſt de iure gentium, qui repugnat præceptis naturalis ęquitatis,quæ naturalis ęquitas eſt ipſum ius gentium,vel eius fundamentum,cum omne illud ſit iure gẽtium prohibitum, quod eſt contra præcepta eius; contrariorum enim ead.eſt diſciplina. l. 1. ff. de ijs, qui ſunt ſui, vel alien. iur. & princ. tit.in inſtit.eod.at pręcepta iuris gentium
8 ſunt † ne quis locupletetur cum alterius iactura. l. nam hoc natura.ff. de cond.indeb.& c.locupletari.de reg. iur.lib.6.dictatq; etiam delinquentes debere puniri, & innocentes debere abſolui, duellans autem quęrit gloriam ſibi,& vituperium alteri,ac per duellum contingit,vbi eſſet purgatorium criminum,contrariũ eius, quod vult ius gentiũ, ergo, atque ſic ſenſit Iaſ.in cit.conſ.144. nu.19. Poſtremo ſic probo;bellum iniuſtum a iure gentium eſt improbatum,cũ ſolummodo ab ipſo permittatur iuſtũ. cit.l.ex hoc iure.ff.de iuſt. & iur.& l. hoſtes.ff. de capt. & poſtlim. reuerſ. ſed duellum eſt bellum, ac certamẽ iniuſtum, quia omni iure prohibitũ

eſt,

Digitized by Google

eſt, ergo. Et ex his nō mihi quadrat, qđ dixit Anto. Bernard. Mirād. in euerſ. ſing. certam. lib. 3. ſect. 4. quatenus ait duellū non aduerſari æquitati, licet ſe defendat dicendo loq; prout humana philoſophia diſponit.

Quod vero prohibitū ſit lege Pontificia, habetur primo in tit. de cler. pugn. in duell. & in tit. de torneam. & tot. tit. de purg. vulg. Secundo id probatur ex Bulla Iulij II. in qua dicitur cruenta ſpectacula a ſacris canonibus, & temporalibus legibus inhibita, & improbata. Item ex Bulla Leonis X. in qua dicitur. Et canonica, ciuiliq; lege prohibitum. Item ex Bulla Clem. VII. & ex Bulla Pij IV. & ex Cōcilij Trid. Decreto, & ex Bulla Grego. XIII. & nouiſſime ex Bulla Clem. VIII. qua confirmantur, vt videbimus, omnes conſtitutiones aliorum ſummorum Pontificum, & etiā cit. Decretum Concilij Trident. quorum omnium conſtitutionum, ac Cōcilij Trid. Decret. exemplum ad maiorem declarationem, & facilitatē, & quo omnibus hæc pateant, ac nota ſint, huc inſerēdum curaui in ſeq. §. At quilibet etiā mediocriter verſatus in his literis præterquam quod aperte cōſtat ex adductis verbis Bullarum, citata iura eſſe ius Pōtificiū, ergo. Poſtremo ſic probo, ius pontificium prohibet peccata, vt per ſe notiſſimum eſt: at in duello multa peccata committūtur, cum, vt vidimus, tētetur Deus, fiāt homicidia, & alia hmōi, ergo, atq; ſic inqt Mar. Soc. iu. in cit. cōſ. 123. n. 1. verſ. Et maxime. Addo hanc eſſe cōem opinionē, de qua teſtať Illuſtr. Tuſch. in ſua Pract. concl. in littera D. concl. 805. nu. 7.

Quod deniq; lege ciuili ſit prohibitum probatur primo ex l. negātes. C. de act. & obl. & l. vnic. C. de glad. lib. 11. iunct. ibid. Glo. vlt. Cōſtantinus Imperator ait Cruenta ſpectacula in ocio ciuili, & domeſtica quiete nō placent; quapp oīno gladiatores eſſe ꝓhibemus, & facit l. 3. in prin. ff. de lib. & poſth. vbi hi latronib. equiparantur, facit ēt, quia Prętor nō dēt p rmittere venire ad arma. l. ęquiſſimū, in prin. ff. de vſufr. Item, quia armorū vſus eſt ꝓhibitus. tot. tit. C. vt armor. vſus. lib. 11. Idem tenet Gloſ. in verb. Perduellionis. in l. cū fil. §. f. ff. de leg. 2. & Glo. in cit. c. monomachiā; Vnde ceſſat l. qua actione. §. ſi qs in colluctatione. ff. ad leg. Aql. qa illa eſt antiqua, & cit. l. vnic. eſt noua atq; ſic tenet Goffre. in ſum. in tit. de cler. pug. ī duel. n. 3. verſ. Itē dixerūt quidā, & DD. cōiter, quos refert, ac ſeqtur Iaſ. in cit. cōſ. 144. nu. 21. verſ. Nec obſtat, & dixi ī. c. 3. §. 1. n. 6. verſic. 8. Ceſſant ēt p hoc dicta a Io. Fabr. in §. per contrariū. n. 2. ibi de iure vero feudorū pmittiť, & a Por. ibid. n. 8. de hęred. quę ab īteſt. defer. Prętereа probatur ex verbis deſumptis, ac relatis ſ. ex Bulla Iulij II. ī cit. verſic. Nos igiť, ibi cruētaq. ſpectacula a ſacris Canonib. & imperialib. legibus inhibita, & ꝓhibita; imperiales aūt leges ciuiles eſſe nemo ignorat. Habetur ēt id in Bulla Leonis X. ibi. Et canonica, ciuili lege prohibitum. Tertio ſic probo in materia, in qua cadit peccatū, ius ciuile, ēt ſi eſſet cōtrariū, cedit iuri canonico. arg. c. 1. & 2. de ſecun. nup. & tradūt DD. cōiter in c. poſſeſſor malę fidei. de regu. iur. lib. 6. & in ca. fin. de præſcript. at ſub duello cadunt peccata, vt alias dixi, ergo, ita Mar. Socin. iun. in cit.

conſ.

Digitized by Google

conſ. 123. nu. 2. & Iaſ. in conſ. 144. num. 22. verſ. Poſſent aſſignari, ibi idem late. Poſtremo, quia ſic inquiunt Hoſtien. in Summ. in tit. de cler. pugn. in duel. §. an ſit auferendum, & ibi etiam Goffred. eod. num. 3. & Io. de Friburg. in Sum. lib. 2. in titul. de duello. q. 2. verſ. item expreſſe, & Sylueſt. ac alij, qui de hac re pie ſcripſerunt, eſtq; communis opinio, de qua teſtatur Illuſtriſs. Tuſch. ead. concluſ. 805. nu. 7. per Grat. in conſ. 3. in principio lib. 2. Hinc ceſſat, quod dixit Anton. Bernard. Mirand. in cit. euerſ. ſing. cert. lib. 3. ſect. 4. verſ. de legibus ſcriptis, vbi ait non eſſe ſcriptas, & eius fundamentum eſt, quia loquitur de duello permiſſo ab humana philoſophia, & multa etiã alia dicit, quæ non conſiderantur ob dictam rationem, cum non intendat defendere duellum contra fundamenta ſanctiſſimæ noſtræ religionis, vt inquit lib. 8. Sect. 1. verſ. Reſtat iam. Sed modo ponamus exempla Bullarum, ac Decreti Concil. Trid. per quæ prohibitum eſt duellum, id quod in ſeq. videbimus.

S V M M A.

1 *Bullę Iulij II. exemplum ſuper materia duelli refertur.*
2 *Item Leonis X.*
3 *Clementis VII.*
4 *Pij IV.*
5 *Decret. Concilij Tridentini ſeſſ. 25. de reform. cap. 19.*
6 *Greg. XIII.*
7 *Clem. VIII.*

§. II.

§. Ad faciliorem tractationem, cõmodioremque vſum legentium promiſi huc inſerere exemplũ, ſiue tenorem Bullarum Romanorũ Pontificum, & decreti Concilij Trident. quibus duellum prohibetur eo ordine, quo hæ conſtitutiones latæ fuerunt. Hæc igitur ſunt; † & prima, quæ ſequitur, eſt Iulij II. quæ in ordine eſt IX.

1

Iulius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

REgis pacifici, qui regnat in cęlis licet inſufficientibus meritis viceſgerentes in terris cunctorum fidelium ſtatui, prout ex ſuſceptę ſeruitutis tenemur officio, indefeſſa ſolertia intendentes, ac animarum periculis obuiare cupientes, ad ea, per quæ vbiq; præſertim in terris Romanæ Eccleſiæ ſponſæ noſtræ ſubiectis inter fideles eoſdem, cędes, rixę, & contentiones ceſſent, ſcandalorum tollantur fomenta, pax, & concordia vigeant, proſperiſq; eorum ſucceſſibus conſulatur, opportunæ prouiſionis operam impendimus, prout in domino conſpicimus ſalubriter expedire. Sane non ſine maxima animi noſtri perturbatione accepimus, quod nonnulli fidelium prædictorum inimico humani generis inſtigante, & aliquibus cauſis occurrentibus, & plerunque minimis, & inhoneſtis, ac leuibus verbis ad contumelias, contẽtiones, & diffidationes deuenientis, vt alter alterius ſanguine ſatietur, ad temporales Principes, & Dominos, maxime Ciuitatum, terrarum, & locorum ſe-

di

di Apoſtolicæ ſubiectorum confugiunt, vt eis locum tutum, ſiue campum ad duellum, ſeu pugnaum aſſignent. Et quamuis Principes, & Domini præfati duellum, ſiue pugnam eis diſuadere, & prohibere deberent, tamen plerunq; locum, aut campum tutũ huiuſmodi aſſignant, maleuolumque altercantium propoſitum ad executionem augent, magiſq; vni, quam alteri fauent, ex quo hominum mortes repentinę, & niſi diuina gratia præueniantur, animarum perditiones, mutilationes, & vulnera, inter aſtanteſq; pugnantiũ amicos, odia, & altercationes, & ex vno inconuenienti plura oriuntur in ipſorum fidelium animarum, & corporum periculum, generiſq; humani pręfati iacturam, pernicioſum exemplum, & ſcandalũ plurimorũ.

Nos igitur, qui fidelium prædictorum tranquillitatem, & pacẽ ſinceris deſiderijs exoptamus, ſaluberrimis chriſtianæ religionis documẽtis, & exemplis Deum tentandum non eſſe præmoniti, Saluatoriſque Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui Petro Apoſtolorum Principi, vt gladium mitteret in vaginam mandauit, pręceptis edocti, attẽdentes hominem homini, inter quem cognationem quandam natura conſtituit, inſidiari nefas, & gladiatoria munera, & purgationes huiuſmodi vulgares a religionis noſtræ pietate damnari, cruentaque ſpectacula a ſacris Canonibus, & imperialibus legibus inhibita, & improbata, ſicq; pugnãtes infamia notari, & diuerſis pęnis puniri, & cum omni tempore, potiſſimum tamen in otio ciuili, & domeſtica quiete publica deteſtanda eſſe, Motu proprio non ad alicuius ſuper hoc nobis oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera deliberatione, & ex certa ſciẽtia, hac in pꝑpetuum valitura cõſtitutione, duellorum, & gladiatorum huiuſmodi vſum damnamus, & improbamus, & in terris Romanę Eccleſiæ mediate, vel immediate ſubiectis, per quoſcunq; quauis auctoritate, & poteſtate, ac nobilitate fulgentibus ſub excommunicationis latæ ſententiæ pęna, e quacunque cauſa etiam a legibus permiſſa, fieri omnino prohibemus.

Dictoſq; pugiles taliter pugnantes vbiq; impune capi poſſe, & puniri pro homicidio, vel vulnere iuxta iuris communis diſpoſitionem, nulla eis conſuetudine ſuffragante, ſtatuimus; corporaq; in duello in terris Eccleſiæ mediate, vel immediate ſubiectis facto, morientium in ſacro ſepeliri prohibentes: ſub ſimili excommunicationis pœna, & interdicti eccleſiaſtici omnibus, & ſingulis vtriuſq; ſexus Ducibus, Comitibus, Marchionib. Domicillis, Baronibus, & alijs temporalibus Dominis, Vicarijs, Communitatibus, & Vniuerſitatibus Ciuitatum, terrarum, & locorum præfatæ Romanæ Eccleſiæ mediate, vel immediate ſubiectorum mandantes, ne de cętero futuris temporibus aliquibus cuiuſcunque dignitatis, & nobilitatis fuerint, & ex quacunq; cauſa etiam a legibus non improbata locum, ſeu campum liberum ad duellum, ſeu alias ad pugnãdum tutum, aut quomodolibet aſſignent, concedant, ſeu tradant, aut aſſignari, concedi, ſeu tradi faciant, vel permittant ſub excom-

Digitized by Google

excommunicationis latæ ſententiæ, & quatuor millium ducatorum Cameræ Apoſtolicæ applicandorum pęna pro qualibet vice incurrenda.

Et ſi huiuſmodi conſtitutionis violatores vltra primam dictam vicem fuerint, vltra dictas pęnas feudo, ſeu Vicariatu, quem a dicta Romana Ecclesia obtinuerint, priuatos fore Apoſtolica auctoritate tenore pręſentium pręcipimus, mandamus, atque decernimus. Non obſtantibus quibuſcunq; ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs, indultis, & conceſſionibus quauis auctoritate editis, & quibuſuis conceſſis, cæterisq; contrarijs quibuſcunque.

Volumus autem quod præſentes litteræ noſtrę poſtquam in valuis Baſilicę Principis Apoſtolorum, & in Campo Florę in Vrbe affixæ fuerint, & omnes, & ſingulos ciues Romanos, & alios in Vrbe commorantes affixis quindecim diebus. Alios vero Duces, Comites, Marchiones, Dómicillos, Barones, & alios temporales Dominos, Vicarios, Communitates, & Vniuerſitates præfatas Ciuitatum, terrarum, & locorum Sedi præfatę mediate, vel immediate ſubditorum, decurſo menſe arctent, contrafacientes pœnas præfatas incurrant in omnibus, & per omnia, perinde ac ſi eis omnibus, & ſingulis contrafacientibus perſonaliter, & patticulariter intimatæ fuiſſent. Nulli ergo omnino hominum liceat hãc paginam noſtræ damnationis, improbationis, prohibitionis, ſtatuti, præceptionis, mandati, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum, Anno incarnationis Dominicę 1508. ſexto Cal. n. Martij. Pont. noſtri anno ſexto.

2 Hæc, † quæ ſequitur, ex Bulla Leonis X. in ordine 29.

Leo Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei Ad perpetuam rei memoriam.

QVam Deo, & hominib. abominabiles viri pugnantes in duello exiſtant, & omnium in ore verſatur, & diuina, humanaque iura deteſtatur, nec immerito cum non ſolum corporum, ſed etiam eorum animarum, pro quibus Saluator noſter Ieſus Chriſtus Dei filius mortem ſubijt temporalẽ, graue detrimentum afferre noſcantur. Ad reprimendum igitur talium nefarios auſus plurimum conferre cenſentes, eos, qui huiuſmodi ſcelus deteſtabile quidem, & Canonica, ciuiliq; lege prohibitum patrare non expaueſcunt, grauiter fore puniendos, ac ea, quæ ad compeſcendum ſimiles vetitos conatus a Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris ſtatuta fuerunt, vt eo firmius obſeruentur, quo ſæpius fuerint auctoritate Apoſtolica munita, approbamus, & nouo munimine roboramus, & ſi qua ad perterrẽdum animos audaces meliora ſint ijs adijcimus, prout in domino conſpicimus ſalubriter expedire.

Dudum ſi quidem a fel. record. Iulio Papa ſecundo prædeceſſore noſtro emanarunt litteræ tenoris ſubſequentis, videlicet.

Omit-

Omittitur hic tenor litterarum Iulij I I. quia ſupra eum habuimus.

CVm autem ſicut accepimus; in eiſdem litteris contenta ab aliquo tempore citra nõ fuerint obſeruata, & ex eo quamplurimi Barones, Domini temporales & alij præſertim eidẽ Romanæ Eccleſiæ ſubditi adeo procliuiores ad pugnandũ in duello redditi ſint, vt paſſim quotidie ſingularia huiuſmodi certamina vbiq; committi videantur, ac Domini tẽporales præfati, armorumq; Duces eos ad id inuitare, qn potius irritare non formident, cum & in eorum territorijs, & iuriſdictionibus tutum paneratium, ſiue areã præparent, & talia cruenta ſpectacula exhibeãt, & illis comitiuã pręſtẽt.

Nos igitur non minus deteſtabilẽ in duello pugnãtium, quam Ducũ, Comitum, Marchionum, Baronum, Domicillorum, & armorum capitaneorum, aliorumq; Dominorum tẽporalium, eis ad id auxilium, conſilium, & fauorem pręſtantium nequitiam, ac improbam eorum conſciẽtiam reprobãtes, qui ad ea viſenda conueniunt, corporum, & animarũ ſaluti Chriſti fidelium oportunis remedijs indefeſſo ſtudio proſpicere volentes, litteras Iulij prædeceſſoris præfati Motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra, & animi deliberatione harum ſerie, auctoritate Apoſtolica approbamus, & confirmamus, & innouamus, ac præſentis ſcripti patrocinio communimus.

Adijcientes, & eadem auctoritate Apoſtolica ſtatuentes, ꝙ pugnantes ipſi non ſolum pœnis prædictis ſubiaceãt, ſed eorum memoria perpetuo damnata ſit, ac bona proſcripta ſint, & Camerę Apoſtolicę cõfiſcata eo ipſo. Duces, Barones, Comites, Marchiones, & Dñi temporales, Vicarij, feudatarij, Armorũ Capitanei, Cõitates quoq; Ciuitatum, terrarum, & locorum eidem Romanę Eccleſiæ mediate, vel immediate ſubiectorum, campum ad pugnãdum pręſtantes, non ſolũ pęnas prędictas incurrant, ſed ab oĩ iure qđ in locis, & territorijs ſuis obtinent, ipſo facto cadant, illudq; ad Camerã præfatã deuoluãtur, atq; deuolutum eſſe cenſeatur, abſq; alia declaratione deſuper facienda.

Qui vero ad talia cruenta ſpectacula videnda conuenerint: ſi nobiles quingentorum, ſi mediocris fortunæ centum, ſi vero ignobilis 25. ducatorũ, nec non excõicationis, & perpetuę maledictionis pęnam incurrant; ac locus ipſe eccleſiaſtico ſubiaceat interdicto. Et inſuper oĩa, & ſingula tã per Iulium prædeceſſorem ſtatuta, vt præfertur, per nos cõfirmata, & illis adiecta, perpetuę firmitatis robur obtinere, ac inuiolabiliter obſeruari debere decernimus. Quo circa venerabili fratri Raphaeli, Epõ Oſtienſi Camerario noſtro, ac dilectis filijs præſidentib. & Clericis dictę Cameræ, pro tpe exiſtentib. Motu ſimili mãdamus, quatenus pręſentes litteras ſolemniter, prout ſibi videbitur, publicari, ipſaq; ac omnia, & ſingula in eis contẽta inuiolabiliter obſeruari faciãt; contrafaciẽtes vero per dictas cẽſuras, & pęnas dãnabiliter incurriſſe declarẽt, ac sũmarie, & eorũ camerali more exequantur, & irremiſſibiliter exigãt, inuocato adhuc, ſi opus

C fuerit

fuerit, auxilio brachij ſecularis, ſuper quibus amplam eiſdem concedimus facultatem, & poteſtatem.

Non obſtantibus omnib. ſupradictis, aut ſi aliquib. cõiter vel diuiſim ab Apoſtolica ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari nõ poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis, confirmationis, innouationis, communitionis, adiectionis, ſtatuti, decreti, mandati, & commiſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum anno incarnationis Dominicæ 1519. Decimo Calend. Auguſti Pontificatus noſtri anno 7.

3 Hæc † quæ ſequitur, eſt Bulla Clemen. VII. in ordine XI.

Clemens Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

CONſueuit Roman. Pontifex, & Apoſtolicæ Sedis prouidentia ad reprimendum nefarios conatus peruerſorum contra canonicas ſanctiones, & mandata Apoſtolica in ſuarum, & aliarum animarum periculum, ac dictæ ſedis contemptum temere tendentium, geſta prędeceſſorum quandoq; innouare, ac innouata confirmare, & Apoſtolico munimine roborare, prout in domino conſpicit ſalubriter expedire. Sane duorum fel. record. Iulius Papa prędeceſſor noſter Motu proprio duellorum, & gladiatorũ vſum per ſuas litteras damnauit, & improbauit, ac in terris S. R. E. mediate, vel immediate ſubiectis per quoſcunque quauis auctoritate, & poteſtate, ac nobilitate fulgentes ſub excommunicationis latę ſentẽtię pęna ex quacunque cauſa etiam a legibus permiſſa, fieri omnino prohibuit. Quas quidem litteras poſtmodum pię mem. Leo X. prędeceſſor noſter, & ſecundum carnem frater patruelis, & pro illarum maiori robore per ſuas litteras cũ litterarum Iulij prędeceſſoris huiuſmodi de verbo ad verbum inſertione innouauit, prout in eiſdem litteris, quorum præſentibus de verbo ad verbum inſeri fecimus, plenius continetur.

Omittitur hic illarum litterarum tenor, quia habuimus ſupra in conſtitutione Leonis X. & Iulij II.

NOs igitur cupientes litteras p̃dictas pro Chriſti fidelium animarum, & corporum ſalute, ac tranquillitate inuiolabiliter obſeruari, Motu proprio, & ex certa ſciẽtia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine litteras prædeceſſoris huiuſmodi auctoritate Apoſtolica tenore præſentiũ approbamus, & innouamus, ac præſentis ſcripti patrocinio communimus, decernentes illas cũ omnib. & ſingulis in eis contentis clauſulis plenum firmitatis robur obtinere, ac ab omnibus inuiolabiliter obſeruari, & per executores in illis deputatos aduerſus contrafacientes ad executionem pœnarum procedi debere.

Non

Non obſtantibus conſtitutionibus, ordinationibus Apoſtolicis, ac omnibus illis, quæ dicti prædeceſſores in dictis eorum voluerunt non obſtare, cęterisq; contrarijs quibuſcunq;. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginā noſtræ approbationis, innouationis, communitionis, & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem, &cæt. Datum Romæ apud S. Petrum anno incarnationis Dominicę milleſimo quingenteſimo, vigeſimo ſecūdo, quarto Idus Februarij Pontificatus noſtri anno ſecundo.

4 Hęc, † quę ſequitur, eſt Bulla Pij IV. in ordine 25.

Pius ſeruus ſeruorum Dei, *Ad perpetuam rei memoriam.*

EA, quæ a prædeceſſorib. noſtris Romanis Pontificibus ſuadentibus legitimis cauſis emanarunt, libenter approbationis, & innouationis munimine ſolidamus, vt eo firmius illibata perdurent, quo ſæpius fuerint Apoſtolica auctoritate munita, illaque de nouo ſtatuimus, & ampliamus, prout rationabiles cauſæ perſuadent, & hoc in domino cōſpicimus ſalubriter expedire. Dudū ſi quidem a fel. record. Clem. Papa VII. prædeceſſore noſtro emanarūt litteræ, in quibus nonnullæ alię inſeruntur tenorum ſubſequentium, quarum tenor omittitur, quoniam eum habuimus ſupra in adduct. conſtitutionibus ſummorum Pōtificū.

Cum autem ſicut nobis innotuit quamplurimi Duces, Comites, Marchiones, Domicilli, Barones, & alij in temporalibus Domini, Vicarij, Communitates, & Vniuerſitates Ciuitatum, terrarum, & locorum eidē Romanæ Eccleſię mediate, vel immediate ſubiectorum, nonnullique alij ſingularia certamina exoptantes, & alij etiam, vt pręfertur, ſubditi illa videre cupientes, ſuorum ſtatus ſalutis, & honoris immemores, litteris prædictorum huiuſmodi cōtrauenire, & cenſuras, ac pœnas in illis contentas paruipendere non vereantur, in animarum ſuarum pernitiem, & diuinę maieſtatis offenſam, ac Reipublicę lęſionem.

Nos, quorum eſt ſceleratorum inſolentijs, quibus aduerſus Deum, & proximum, ac dictæ ſedis auctoritatem veluti Catholicæ profeſſionis inimici ſeruiunt, ſalubriter reprimēdis, ne ipſorum inualeſcat præſumptio, & peruerſitas extollatur intendere, & ne litterę prædictæ, quę prouida deliberatione ab ipſis prędeceſſoribus emanarunt, contemptibiles reddantur, ſed illarum tranſgreſſores debita animaduerſione puniātur, prouidere volentes, Motu proprio non ad aliquorum nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera deliberatione, & ex certa ſciētia ſingulas Iulij, Leonis, & Clementis prędeceſſorū prędictorum litteras cum ſtatutorum, ordinationum, adiectionum, decretorum, declarationum, confiſcationum, incorporationis, applicationis voluntatum, & mandatorum, ac omnib. & ſingulis alijs in eis reſpectiue contentis clauſulis auctoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus, & innouamus, & perpetuo firmitatis robore ſubſiſtere, & ſingulos, quos litterę ipſę cōcernūt,

Digitized by Google

;& concernent ſub excommunicatio nis, anathematis, maledictionis, perpetuę infamię, diſſidationis, criminis lęſę maieſtatis, ſeditionis, rebellionis, confiſcationis, & priuationis ſtatuum, & dominiorum, ac feudorum, & Vicariatuum, ac aliorum bonorum, ac depoſitionis illorum, nec non inhabilitatis ad illa, & alia in poſterum obtinenda, ac interdicti, ac alijs cenſuris, & pęnis eccleſiaſticis, & temporalibus, alijſq; in eiſdẽ litteris contentis, quas contrauenientes eo ipſo incurrant, & inteſtabiles fiant, ac vltra pœnas prædictas carceribus mancipari, & detineri, & pęnis prædictis irremiſſibiliter puniri debeant, perpetuo obſeruari, & per executores in dictis litteris deputatos aduerſus eoſdem contrafacientes ad totalem executionem dictarum pœnarum procedi debere decernimus.

Illoſq; tam ad pugiles taliter pugnantes, quam eos ad id tentantes, & prouocantes, aut locum, ſeu campum ad pugnandum dantes, ſeu concedentes, ac in illis aſtantes, & intereſſentes, ac certantes, committantes, & comitiuam præſtãtes, nec non conſulentes, ac adhærentes, & fautores, nec non chartas certaminis, ſeu duelli ſubſcribentes, vel affigentes, aut publicantes, etiam ſi prędictę, ſeu cuiuſcunq; alterius dignitatis, nobilitatis, ſtatus, gradus, & ordinis tam eccleſiaſticę, quam mundanæ exiſtant, etiam adhoc, vt ipſi vltra pœnas prædictas excommunicationis maioris latæ ſententiæ pœnam, a qua nõ niſi a nobis, ſeu a Romano Pontifice pro tempore exiſtẽte abſolui poſſint, & ipſi incurrant: & ſi eccleſiaſtici fuerint, etiam omnibus, & ſingulis eccleſijs monaſterijs, dignitatibus, & alijs beneficijs eccleſiaſticis per eos obtentis, ſeu in quibus, & ad quæ ius eis competit, eo ipſo priuati, & ad illa, ac alia in poſterum obtinenda inhabiles exiſtant, nec non illa tanquam per priuationem huiuſmodi vacantia ab alijs impetrari poſſint extendimus, & ampliamus; & nihilominus præmiſſa omnia, & ſingula prout per Iulium, Leonem, & Clementem prædeceſſores præfatos ſtatuta, & ordinata, inhibita, decreta, & mandata fuerunt in omnibus, & per omnia de nouo ſtatuimus, ordinamus, inhibemus, decernimus, declaramus, ac mandamus.

Ac omnes conceſſiones duellorum huiuſmodi, & facultates deſuper prædictis ſeu alijs quibuſuis perſonis per quoſcunq; Romanos Pon. prædeceſſores noſtros ſub quibuſuis formis, & verborum expreſſionib. forſan conceſſas, & approbatas, & innouatas horum ſerie reuocamus, caſſamus, & annullamus; & inſuper cupientes illa, & tam deteſtabilem pugnantium, & aliorum loca ad pugnandum, ac alias in præmiſſis fauorem pręſtantium, & denique tanti ſceleris fautorum nequitiam non ſolum in terris & locis eidem Romanæ Eccleſiæ, vt præfertur, ſubiectis, ſed alias vbilibet penitus exprimi, & aboleri, ac ſingulorum Chriſti fidelium animarum periculis obuiare, per viſcera D. N. Ieſu Chriſti rogamus, & obteſtamur vniuerſos, & ſingulos totius orbis Imperatorem, Regem, Duces etiam armorum, Marchiones, Barones, cæteroſq;

roſque Principes Chriſtianos, nec non dominia, potentatus, Communitates Ciuitatum, ac vniuerſitates oppidorum, caſtrorum, terrarum, & locorum quorumcunq;, illorumque in temporalibus dominos, ac etiam militum tam equeſtrium, quam pedeſtrium, Capitaneos, & Præfectos, etiam temporali ditioni ipſius Romanæ Eccleſiæ non ſubditos, cuiuſcunque ſtatus, ordinis, conditionis, nobilitatis, ac præeminentiæ fuerint, vt diuini nominis intuitu, & pro ſua in nos, & hãc ſanctam Sedem Apoſtolicam deuotione, & reuerentia, nec non fidei cultu, & conſeruatione, ac animarum eorũ, q huiuſmodi duella diabolica fraude decepti perqrunt, ſalute, dicta duella, ſeu alia ſingularia certamina in ſuis regnis, Ducatibus, Marchionatibus, Baronijs, Dominijs, terris, & locis, nullatenus fieri permittant, imo ne fiant expreſſe prohibeant, & diſſuadeant, diſtrictius præcipientes eis, ne vllo vnquam tempore, huiuſmodi duella ſeu certamina quouis prætextu, ſeu quauis occaſione, vel cauſa admittere, aut aliquos ad id irritare, ſeu prouocare, vel intereſſe, aut vt fiant pati, ſeu permittere audeant, vel prçſumant, alioquin eos, & etiam extra terras, & loca ditioni Eccleſiæ huiuſmodi non ſubiecta, duella, ſeu ſingularia certamina huiuſmodi, aut diffidationes deſuper facientes, & ad id irritantes, prouocantes, & auxiliũ, conſilium, vel fauorem dantes, ac illis aſtantes, & intereſſentes, & ſimiliter chartas deſuper ſubſcribentes, aut publicantes, ſeu de illis ſe intromittentes, eorũque, ac ipſorum ſingulos ab Imperatore, & Regibus inferiores maioris excommunicationis, & vltra eam ſi eccleſiaſtici fuerint, priuationis, & inhabilitatis pœnis prædictis ſubiacere, illaſque incurrere, & ab eis prçterquam a nobis, ſeu dicto Romano Pont. pro tempore exiſtente, vt præfertur, abſolui, aut aduerſus illas reſtitui, ſeu rehabilitari non poſſe, neque debere decernimus, & declaramus.

Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac omnibus illis, quam dicti prædeceſſores, & ſinguli eorum litteris prædictis voluerunt non obſtare, cçterîſque contrarijs quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis, mandati, præcepti, reuocationis, caſſationis, annullationis, rogationis, atteſtationis, decretorum, ac declarationum infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno incarnationis Dominicæ 1560. Idibus Nouembris Pontificatus noſtri anno primo.

5 Hoc † quod ſequitur, eſt Decretum Concilij Trident. ſeſſic. 25. de reformat. cap. 19.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

DEteſtabiles duellorũ vſus fabricãte Diabolo introductus, vt cruẽta cor-

Digitized by Google

corporum morte animarum etiam perniciẽ lucretur ex Chriſtiano orbe penitus exterminetur: Imperator, Reges, Duces, Principes, Marchiones, Comites, & quocunq; alio nomine Domini temporales, qui locum ad monomachiã in terris ſuis inter Chriſtianos conceſſerint eo ipſo ſint excommunicati, ac iuriſdictione, & dominio Ciuitatis, Caſtri, aut loci, in quo, vel apud quem duellum fieri permiſerint, quod ab Eccleſia obtinent, priuati intelligantur: & ſi feudalia ſint, directis Dominis ſtatim acquirantur.

Qui vero pugnam commiſerint, & qui eorum patrini vocantur excõmunicationis, ac omnium bonorũ ſuorum proſcriptionis, ac perpetuę infamię pœnam incurrant, & vt homicidę iuxta ſacros canones puniri debeant: & ſi in ipſo conflictu deceſſerint, perpetuo careant eccleſiaſtica ſepultura.

Illi etiam, qui conſilium in cauſa duelli tam in iure, quam facto dederint, aut alia quacunque ratione ad id quemquam ſuaſerint; necnon ſpectatores excõmunicationis, ac perpetuæ maledictionis vinculo teneãtur; Non obſtante quocunq; priuilegio, ſeu praua conſuetudine etiam immemorabili.

6 Hæc, † quæ ſequitur, eſt Bulla Gregor. XIII. in ordine 87.

Gregorius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

AD tollendum deteſtabilẽ duellorum vſum Concilium Trid. excommunicationem, & alias pœnas grauiſſimas in concedentes locum ad monomachiam, ac pariter in pugnantes, necnon patrinos, conſulentes, ſuadentes, & ſpectatores ſalubriter quidem decreuit, ſed creſcente hominum malitia facinoroſi non deſunt, qui, quod publice prohibitum eſt, priuatim exequi nõ dubitent, dum ſe pœnas prędictas hoc modo eludere poſſe arbitratur. Nos ad hæc coercenda plenius, euidentiusq; prouidendum eſſe rati, conſiderанteſq; duellum priuatum non minus cruentum, & animę, & corpori noxium eſſe, quam quod publice perpetratur.

Auctoritate Apoſtolica ſtatuimus omnes illos, qui ex condicto ſtatuto tempore, & in loco conuento monomachiam commiſerint, etiam ſi nulli patrini, ſocijve ad id vocati fuerint, nec loci ſecuritas habita, nullęve prouocatoriæ litteræ, aut denunciationis chartulæ præceſſerint cenſuris, & pœnis omnibus a dicto Concilio propoſitis teneri perinde ac ſi publico, & conſueto abuſu ſingulare certamen iniuiſſent.

Volentes etiam locorum Dominos, ſi certamen ex condicto huiuſmodi permiſerint, aut quantum in ſe fuerit, nõ prohibuerint, omneſq; illud fieri mandantes, inſtigantes, auxilium, conſilium, vel fauorẽ dantes, equos, arma, pecuniam, cõmeatum, & alia ſubſidia ſcienter ſubminiſtrantes, aut ex compoſito ſpectatores, vel ſocios quouis modo ſe ſe præbentes eiſdem cenſuris, & pęnis ſubiacere; etiam ſi illi, qui ad locũ deſtinatum pugnaturi acceſſerunt, impediti pugnã non commiſerunt, ſi per ipſos non ſteterit, quominus illa committatur.

Non

Digitized by Google

Non obſtantibus priuilegijs, immunitatibus, exemptionibus, cęteriſq; contrarijs quibuſcunq;. Conſtitutionibus tamen, & alijs ſanctionibus Apoſtolicis hac de re diſponentibus in ſuo robore duraturis. Datum Romæ apud S. Petrũ Anno incarnationis Dominicę. 1582. No. Decembr. Pontificatus noſtri Anno Vndecimo.

7 Hæc, † quæ ſequitur, eſt Bulla Clemen. VIII. in ordine 19.

Clemens Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam

ILlius vices, licet immeriti, gerentes, qui vita animas ſuorũ fideliũ vt a peccato, & diaboli laqueis liberaret, e cœlo deſcendens, humana carne aſſumpta, ne proprio quidem ſuo pretioſiſſimo ſanguini pepercit, ſed ſe ipſum in Ara crucis immaculatam hoſtiam æterno patri offerre voluit; in hanc præcipue curam ſummo ſtudio incumbimus, vt eaſdem animas inęſtimabili pretio redemptas, aduerſus Sathanę fraudes, quantum in nobis eſt, illæſas p̃ſeruemus; præſertim vero totis viribus nobis a Domino traditis exterminemus exitialia quædam, atq; enormia peccata, quib. Diuina Maieſtas grauius offenditur, quęque eodem fabricante humani generis hoſte inuenta, atq; introducta ſunt, vt ex cruenta corporum morte, animarum etiam ſimul interitus, ac pernicies ſequatur.

Recte ſiquidem, & ſalubriter fel. record. Pius Papa IV. prædeceſſor noſter poſt alios complures ſuos, noſtroſq; p̃deceſſores, qui deteſtandũ diuina, naturaliq; lege, ac ſacris canonib. dãnatum duellorũ abuſum ſuis ẽt cõſtitutionib. ſeuere ꝓhibuerãt, graueſq; pęnas contra quoſcunq; tpali ditioni S. R. E. mediate, vel immediate ſubiectos, eius criminis quomodolibet reos, vel participes inflixerant, cupiens nõ ſolum in terris prędictis, ſed alias vbilibet, animarũ periculis obuiare, Printipes, ac Domicillos permittentes in ſuis dominijs id patrari, ac etiam extra terras, & loca ditioni Eccleſiaſticæ ſubiecta huiuſmodi duella, ſeu ſingularia certamina, aut diffidationes deſuper facientes, ad id inuitantes, prouocantes, auxilium, conſilium, vel fauorem dantes, illiſq; aſtantes, & intereſſentes, necnon chartas deſuper ſubſcribẽtes, aut publicantes, ſeu de illis ſe intromittentes, ſingulos, Imperatore, ac Regibus inferiores, maioris excommunicationis, ac (ſi eccleſiaſtici fuerint) vltra eam etiam priuationis omnium dignitatum, beneficiorum, & officiorum eccleſiaſticorum, inhabilitatiſq; ad illa, & alia in poſterum obtinenda, pęnis ſubiacere, eaſque incurrere voluit, a quibus nõ niſi a Romano Pontifice abſolui poſſit.

Sed & poſtmodum Generalis Tridentina Synodus ad exterminandũ penitus ex Chriſtiano orbe hoc malum ſtatuit, vt Imperator, Reges, Duces, Principes, Marchiones, Comites, & quocunq; alio nomine Domini temporales, qui locum ad monomachiam in terris ſuis inter Chriſtianos conceſſerint, eo ipſo ſint excõmunicati, ac iuriſdictione, & dominio Ciuitatis, Caſtri, aut loci, in quo, vel ad quem duellum fieri permiſerint,

Digitized by Google

miſerint, quod ab Eccleſia obtinēt, priuati intelligantur, & ſi feudalia ſint, directis dominis ſtatim acquirantur. Qui vero pugnam commiſerint, & qui eorum Patrini vocantur, excōicationis, ac omniū bonorū ſuorum proſcriptionis, ac ꝑpetuę infamiæ pœnam incurrāt, & vt homicidæ iuxta ſacros canones puniri debeant: Et ſi in ipſo conflictu deceſſerint, perpetuo careant eccleſiaſtica ſepultura. Illi etiam, qui conſilium in cauſa duelli tam in iure, quā facto dederint, aut alia quacunque ratione ad id quenquam ſuaſerint, necnon ſpectatores, excommunicationis, & perpetuæ maledictionis vinculo teneantur.

Quas pœnas nouiſſime pię mem. Gregor. Papa XIII. pariter prædeceſſor noſter extendit aduerſus illos etiam omnes, qui non publice, ſed priuatim ex condicto, ſtatuto tempore, & in loco conuēto monomachiā commiſiſſent, etiam patrinis, ſocijſue non vocatis, & loci ſecuritate nō habita, & prouocatorijs litteris minime præcedentibus, etiam contra locorum Dominos, ſi id (quantum in ſe fuerit) non prohibuiſſent, cæteroſq; ſupradictos criminis ſocios, & ex compoſito ſpectatores, etiam ſi pugnam ob aliquod impedimentū non commiſiſſent, ſi ad locum acceſſiſſent pugnaturi, & per eos non ſtetiſſet quominus pugnarent.

Verum quia cum magna animi noſtri moleſtia intelleximus adhuc in quibuſdam, præſertim tranſalpinis, ac remotis regionibus, & potiſſimum, vbi bella vigent, caſtrenſi quadam, & militari licentia, ſeu verius audaciæ, pernicioſum hoc ſcelus inter fideles exerceri, quaſi fas ſit in ſolo hoſtili, vbi Chriſtiani nominis, ſeu Catholicę fidei hoſtes tyrannidem exercent, ſiue hæreſes, & ſchiſmata impune graſſantur, ſiue inter ſigna, & caſtra militaria in caput ſuorum fratrum impios conuertere mucrones, quos multo ſalubrius cōtra Chriſti aduerſarios ſtringi par eſſet.

Nos nefaria diaboli arma ſalutari Eccleſiæ gladio ad continendos in officio fideles nobis præcipue ipſius Domini auctoritate tradito extendere, atq. a ceruicibus gregis domini noſtræ curæ crediti, quantum (eodem Deo adiutore) eniti poſſumus, propulſare cupientes, prædictas omnes Conſtitutiones, ac Decretum Concilij Triden. cum omnibus, & ſingulis in eis contentis cenſuris, & pœnis decretis, extenſionib. quarum, & quorum omnium tenores prę́ſentibus haberi volumus pro expreſſis, & ad verbum inſertis, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuo approbamus, confirmamus, & innouamus.

Ac inſuper auctoritate, & tenore præmiſſis decernimus, & declaramus eaſdem Conſtitutiones, ac Decretum locū habere vbiq; gentiū, & terrarum, inter quaſcunq; perſonas, etiam armatas, & in caſtris, ſeu propugnaculis militātes, etiam vbi noſtrorum, & S. R. E. aut catholicæ fidei hoſtium furor impune graſſatur, vel in Dominijs per eos occupatis, & detentis.

Idem quoq; iuris cenſendum eſſe, ſi publico, & forſan iuſto bello in dicto miles aliquis contra alterum in aduerſariorum exercitu militantem

tem, ſiue alias in hoſtium caſtris, prę ſidijs, aut terris degentem, priuatas ſimultates, atq; inimicitias publicę cauſæ intermiſcēde, ēt Ducū permiſſu ex condicto ad ſingulare certamē deſcendat, aut illum prouocet.

Necnon iiſdē pœnis, decreto, & conſtitutionib. teneri eos, inter quos pactiones initæ ſint de dirimendo certamine cū primū alterutei vulneratus fuerit, ſeu ſanguinē effuderit, aut certus ictuum numerus vtrinq; illatus fuerit, vel ſi conuenerint, vt non ſinguli cum ſingulis, ſed bini, terni, aut plures hincinde pugnent.

Et non ſolum locorū Dn̄os, ſed ēt Magiſtratus, Prǽſides, Locūtenētes, aut ēt militū Duces, & Capitaneos in Caſtris, vel extra ea, in alieno, vel hoſtili ſolo, vel cum militib. exercitus aduerſariorum monomachiam in quocunq; caſu per pręſentem, vel alias conſtitutiones hm̄oi prohibito, permittētes: vel quātū in ipſis eſt nō prohibētes, aut poſt admiſſū crimē, veniā, & impunitatē cōcedētes.

Pręterea pari ratione prohibemus omnia, & ſingula, eius generis ſcripta, manifeſta, ſeu fides vulgo appellata, quę ēt ſine expreſſa prouocatione ad certamen, tn̄ quaſi præparatoria quędam ad chartulas, ſeu libellos prouocatorios, & ad duellum, illorumq; veluti radices, aut ſemina, vt plurimum laceſſendi aliquem ad pugnam, & ſuſcitandę ſimultatis, atque inimicitię materiam, & occaſionem prębeat. Dum. ſ. in illis per modum epiſtolæ, libelli, aut publicę atteſtationis, & intimationis, ſiue per autentica documēta, ſiue per vnius, pluriumve chirographum, ſubſcriptiones, aut relationes ſub prætextu proprij, vel alieni honoris, & famæ, more militari, atq;, vt vulgo dicitur, Caualleresco, tuendi, aut lædendi, ſiue ad illatę, propulſatęve contumeliæ, aut iniuriæ probationem, ſeu tollendam illius ſuſpitionem rei alicuius geſtę ad id pertinentis, vel verborum, aut reſponſionum ſeries, & ordo narratur.

Vel ex ſimili abuſu hac de cauſa aliquid tale adeo firmiter aſſeritur, aut negatur, vt qui cōtradixerit, is, ſiue nominatim ſiue in genere mendacij arguatur, aut mentiri dicatur.

Aut ad hunc effectum ex militari etiam conſuetudine quęritur, declaratur, aut reſpondetur, qua mente, aut quo ſenſu quippiam eiuſmodi, quod ad ſuperius expreſſa ſpectet, geſtum, dictumve ſit.

Vel deniq; offert ſe quiſpiam contra certam, vel incertam perſonam, vel generatim contra quemcunque ad probandum armis, & verificandum etiam inito certamine aliquid ita eſſe, vel fuiſſe, vel non fuiſſe.

Necnon quaſcunq; ēt ſine ſcripto factas talium rerum ſupradicta quoquomodo concernentium, & huiuſmodi cauſas in locis publicis, vel priuatis, vbi hoīum multitudo cōuenire ſoleat, denunciationes, narrationes, declaratiōes, & teſtificationes.

Volentes eos oēs, & ſingulos, qui ſuo, vel alieno nomine ad effectum, de quo ſuperius dictū eſt, prędicta, vel his ſimilia, multoq; magis ad certandū ꝓuocatoria ſcripta, libellos, epiſtolas, earumve exempla dictauerint, cōpoſuerint, ſcripſerint, miſſerint, detulerit, diuulgauerint, affixerint, exēplauerint, typis impreſſerint, ſubſcripſerit, intimauerint, vel

etiam verbo denunciauerint, ſiue atteſtati fuerint.

Quive alijs ad ſingulare certamē publice, vel occulte ineundum, vel ad prouocādum aliquem ad pugnā, ſiue ad huius generis ſcripta, quę manifeſta, queq; chartulæ prouocatoriæ appellantur, ſcribenda, dictāda, mittenda, deferenda, diuulganda, auxilium, conſiliū, operam, vel fauorem præſtiterint, ſiue id ſuaſerint, aut mandauerint; qui ve in pmiſſis, vel eorum aliquo ſe quomodolibet immiſcuerint, etiam ſi neq; pugna aliqua, nec certamē, aut effectus, nec acceſſus, aut actus ad pugnam proximus, neq; expreſſa, & aperta prouocatio ſubſecuta fuerit, neq; ſcriptiones prædictæ, quæ manifeſta dicuntur, in publicum prodierint, aut cuiquam intimatæ extiterint, ſi per eos non ſteterit, quominus publicatio, aut denunciatio fieret, nihilominus cenſuris, & pęnis omnib. in præſenti, & alijs prędictis conſtitutionibus, & Decreto contentis ſubiacere, tam ſi ſuperius enumeratis, quam ſi alijs etiam maioribus eccleſiaſticis, vel mundanis dignitatibus, gradibus, & pręeminentijs excellant.

Quinimo de nouo etiam per pręſentes ex parte Omnipotentis Dei Patris, & Filij, & Spiritus ſancti excōmunicamus, & anathematizamus, maledicimus, & execramur omnes, & quoſcunq; publice, vel priuatim, palam, vel occulte, in quibuſcunque locis, modis, & formis, ac caſib. ſub pręſenti noſtra, vel alijs prędictis cōſtitutionibus, ac Decreto comprehēſis, ſingulare certamen (qđ Duellū vulgo dicitur) ex compoſito ineuntes, necnon id ſcelus ſuadentes, aut prouocantes, opem, conſiliū, vel fauorem pręſtantes, equos arma, & cōmeatus prębentes, aut cōmittentes, vel circa chartulas, ſeu libellos, litteras, nuncios, aut quæcunq; alia ſcripta huiuſmodi quomodolibet peccantes, huiuſq; delicti ſocios, de induſtria ſpectatores, patrinos, fautores, defenſores quacunq; tam ſuperius expreſſa, quam alia eccleſiaſtica, vel mundana præfulgeant dignitate, ita vt ſingulares etiam perſonę cuiuſlibet communitatis, vniuerſitatis, collegij, aut Reipublicę, q̄ huius criminis participes quoquo modo fuerint, nequaquam excuſentur, ſed ſupradictos omnes, eorumq; ſingulos ipſo facto abſq; vlla monitione, iudicis decreto, aut miniſterio perpetui anathematis, excommunicationis maioris, & maledictionis ęternæ mucrone perculſos, & dānatos harum ſerie declaramus, & ſi in ipſo conflictu obierint, ſepultura eccleſiaſtica perpetuo priuatos eſſe volumus.

Ipſas vero Ciuitates, terras, oppida, vel caſtra, & loca, in quorum territorijs id facinus ſcientibus, & tacite, vel expreſſe permittentibus, aut tolerantib. Dominis, aut Magiſtratibus, vel Senatu, aut Populo, admiſſum fuerit, eccleſiaſtico ſupponim⁹ interdicto, cuius interdicti relaxationem, aut excōmunicationis abſolutionem, ab alio, quam a nobis, aut pro tempore exiſtente Romano Pontifice pœnitentia, & ſatisfactione congrue peracta, niſi in mortis articulo conſtituti, nequeant obtinere, etiam prætextu, quarumuis facultatum, & indultorum quibuſuis perſonis tam eccleſiaſticis cuiuſcunq;

ordinis,

Digitized by Google

ordinis, aut militiæ, ſtatus, gradus, conditionis exiſtentibus, quam laicis, etiam Imperiali, Regali, vel alia mundana præeminentia inſignitis, per ſedem Apoſtolicam in genere, vel in ſpecie conceſſorum. Quę omnia quoad præmiſſa nolumus cuiquam in aliquo ſuffragari. Pœnis alijs tam ſpiritualibus, quam temporalibus, contra eos inflictis nihilominus in ſuo robore permanſuris.

Vniuerſos autem, & ſingulos chariſſimos in Chriſto filios noſtros Imperatorem, Reges, ac dilectos filios nob. viros Duces etiam armorũ, & exercituum, Marchiones, cęteroſq; Principes chriſtianos, necnõ Dominia, Potentatus, Communitates, & Vniuerſitates Ciuitatũ, Oppidorũ, & Caſtrorũ, illorumq; Domicellos, & Dominos temporales, ac etiã militum, & copiarum tam equeſtriũ, quam pedeſtrium Ductores, Tribunos, Præfectos, Capitaneos in qbuſcunq; etiam nobis, & S. R. E. temporali iuriſdictioni non ſubiectis locis conſtitutos, cuiuſcunq; gradus, præeminentiæ, & nobilitatis exiſtẽtes, hortamur, rogamus, & obteſtamur, p viſcera D. N. Ieſu Chriſti, vt eius diuini nominis intuitu pro ſua erga eundem Deum, per quem regnant reges, & a quo principatus acceperunt, pietate, atque erga nos, & ſanctam hanc ſedem reuerentia, & deuotione, non modo nihil tale in ſuis Dominijs fieri permittant, nec vllo modo cõniueant: ſed hoc malũ omni ſtudio, diligentia, & auctoritate exterminare totis virib. procurẽt, & contra quoſcunq; delinquentes, & (vt præfertur) quomodolibet complices, & participes etiam temporalibus pęnis grauiſſimis animaduertant, & per ſuos officiales, & curiæ miniſtros procedi curent, ſcituri ſe obſequium Deo purgatum, perque acceptum præſtituros, ſi quo gladio ad tutelam bonorum, & ad propulſandos perditorum conatus ſunt accincti, eundem ad vindictam huius peccati, & ad ſumẽdas de huiuſmodi criminis reis debitas pęnas exercuerint: contra vero memores, ſi in re tam graui male ſe geſſerint, ſe in diſtricto Dei iudicio rationem in nouiſſimo die reddituros; volumus autem, vt præſentium tranſumptis etiam impreſſis Notarij publici manu ſubſcriptis, & perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ ſigillo obſignatis eadem prorſus fides vbique gentium, & locorum adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur exhibitis, vel oſtenſis: quodque eędem pręſentes in Lateran. ac Principis Apoſtolorum de Vrbe Baſilicarũ, & Cancellarię Apoſtolicę valuis de more publicentur, affixis inibi earum exemplis per aliquem ex curſorib. noſtris, & dimiſſis: quodque eadem publicatio, qui in Vrbe ſunt, poſt triduum; qui vero extra eam, & citra montes, poſt duos menſes: vltra montes vero poſt quatuor menſes oẽs, quos concernunt, perinde arctet, & afficiat, ac ſi eorum cuilibet perſonaliter intimatæ fuiſſent.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis, cõfirmationis, innouationis decretorum, declarationis, prohibitionis, excommunicationis, anathematizationis, maledictionis, execrationis, hortationis, rogationis, obte-

ſtationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis aũt hoc attẽtare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ſe nouerit incurſurum.

Datum Romæ in Monte Quirinali Anno incarnationis Dominicæ Millesimo quingenteſimo nonageſimo ſecundo 16. Kalen. Septembris Pontificatus noſtri Anno primo.

Hoc igitur eſt exemplum, & hic eſt tenor Bullarum Romanorũ Pontificum, ac decreti Concilij Triden. quibus duellum prohibetur.

Verum an hæ oẽs Bullæ, ac decretum, quorum exẽpla propoſuimus, adhuc durãt? Hoc videbimus in ſeq.

SVMMA.

1 *Lex noua tollit, & abrogat veterem, licet de ea mentionem non faciat.*

2 *Conſtitutiones omnes Romanorum Põtificum, ac decretum Concilij Tridentini de materia duelli durant, ac in ſuo robore permanent.*

3 *Diſputatio non eſt habenda, vbi caſus eſt expreſſus à lege.*

§. III.

§. PRopoſitis exemplis, ac tenorib. conſtitutionũ Summorũ Pontif. Decreti Cõcilij Tridẽt. in præcedenti §. hoc dubium propoſitum fuit explicandum, an illę omnes conſtitutiones, ac decretum adhuc durent. Videbatur igitur dicen-
1 dũ non durare, & hoc † quia lex noua communis veterem legem tollit, & abrogat, licet de ea mentionem non faciat, & ſic tacite videtur abrogata, vt habetur in c. 1. de conſtit. lib. 6. tradit Abb. in c. veniens. n. 11. de præſcript. & Thom. Grammat. in ſuis conſil. Criminal. conſ. 25. n. 57. At conſtitutio Clemen. VIII. eſt noua, & eſt communis, ergo per eam omnes aliæ anteriores abrogatæ cenſentur.

Hoc tamen non obſtante contrarium verius eſſe puto, & ob id teneo
2 omnes † conſtitutiones ſupra relatas, ac etiam Sacroſancti Conc. Trident. decretum durare, in ſuoq; robore permanere, ac valere vna cum pęnis in ipſis contẽtis, quod ſic probo. Prima conſtitutio, vt vidimus ſupra hoc cap. §. 2. n. 1. eſt Iulij II. ſecunda vt ibidem habetur nu. 2. eſt Leonis X. qua confirmatur illa Iulij ſecundi, vt patet ex verbis poſitis in Bulla Leonis in principio, ibi, ac ea, quæ ad compeſcendum ſimiles vetitos conatus a Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris ſtatuta fuerunt, vt eo firmius obſeruentur, quo ſæpius fuerint Apoſtolica auctoritate munita, approbamus, & nouo munimine roboramus: idẽ facit in verſ. Nos igitur, ibi litteras Iulij prędeceſſoris præfati motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra, & animi deliberatione harum ſerie auctoritate Apoſtolica approbamus, confirmamus, & innouamus, ac præſentis ſcripti patrocinio communimus: idem facit in verſ. Et inſuper, ibi, omnia, & ſingula tam per Iulium prædeceſſorem ſtatuta, vt præfertur, per nos cõfirmata, & illis adiecta perpetuæ firmitatis robur obtinere, ac inuiolabiliter obſeruari debere decreuimus. Ecce hic trib. in locis Leo ſummus Pontifex cõfirmat Iulij ſecundi conſtitutionem. Tertia conſtitutio

Digitized by Google

tio ſuper hoc edita eſt Clementis VII. vt vidimus in cit. §. 2. nu. 3. qua confirmantur Bullæ & Iulij ſecundi, & Leonis X. vt patet ex verbis ipſius Bullæ in verſ. Nos igitur, vbi poſtquam illas Bullas recenſuit, approbat, & innouat illis verbis, Auctoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus, & innouamus, ac præſentis ſcripti patrocinio communimus, decernimus illas cum omnib. & ſingulis in eis contentis clauſulis plenum firmitatis robur obtinere, ac ab omnib. inuiolabliter obſeruari. Quarta eſt Pij IV. vt poſitum eſt in cit. §. 2. num. 4. qua confirmantur illa Iulij II. Leonis X. ac Clem. VII. vt colligitur ex verbis ipſius Bullæ in principio, ibi, libẽter approbationis, & innouationis munimine ſolidamus: idem facit in verſ. Nos quorum, ibi ſingulas Iulij, Leonis, & Clementis prędeceſſorum prædictorũ litteras cum ſtatutorum, ordinátionum, decretorum, declarationum, confirmationum, incorporationis, applicationis, voluntatum, & mandatorum ac omnib. & ſingulis alijs in eis reſpectiue contentis clauſulis, auctoritate Apoſtolica tenore præſentiũ approbamus, & innouamus, &c. Quinta eſt Conſtitutio decreti Cõcilij Triden. poſiti in cit. §. 2. n. 5. qđ aliarum conſtitutionum nullam facit mentionem, quod poſtea confirmatur a Greg. XIII. in ſua Bulla ibid. poſita. n. 6. vt manifeſte cõſtat ex verbis ipſius Bullę ibi, Cenſuris, & pęnis omnib. a dicto Concilio ꝓpoſitis teneri, &c. immo & oẽs alias conſtitutiones Romanorum Pontificum ſuper hoc æditas cõfirmat in verſ. Non obſtantib. priuilegijs; conſtitutionib. tñ, dicit enim ibi, & alijs ſanctionib. Apoſtolicis hac de re diſponentib. in ſuo robore duraturis: confirmat igitur per illa verba non ſolum Decretũ Concil. Tridẽ. id qđ aperte dicit Clem. VIII. in ſua Bulla quæ relata fuit in cit. §. 2. num. 7. in verſ. Quas pęnas, ſed & omnes alias Romanorum Pontificum ſuper hoc emanatas conſtitutiones, atq; ſic tenet ẽt Nauar. in conſ. 2. in principio de purg. vulg. Poſtrema eſt cit. Bulla Clem. VIII. quæ confirmat Bullam Pij Quarti, Decretum Concilij Triden. ac Bullam Greg. XIII. vt colligitur ex verbis ipſius Bullę in verſ. Nos nefaria; poſtquam enim recenſuit conſtitutionem prędictã Pij IV. Decretum Concil. Trid. ac Bullam Greg. XIII. inquit nos nefaria diaboli arma ſalutari Eccleſiæ gladio ad continẽdos in officio fideles nobis præcipue ipſius Domini auctoritate tradito retundere, atq; a ceruicibus gregis Domini noſtrę curę crediti quantum (eodem Deo adiutore) eniti poſſumus, propulſare cupiẽtes, prædictas omnes cõſtitutiones, ac Decretum Concilij Trid. cũ omnibus & ſingulis in eis contentis cenſuris, & pęnis, decretis, extenſionib. quarum, & quorũ omnium tenores pręſenti haberi volumus ꝓ expreſſis, & ad verbũ inſertis auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuo approbamus, cõfirmamus, & innouamus. Ecce hic Sũmus Pont. cõfirmat oẽs prædictas ab ipſo conſtit. & Decretum Concilij Trid. prędictæ aũt cõſtitutiones ibi nominatæ, ſunt Bulla Pij IV. & Greg. XIII. vt dixi: at ĩ Bulla Pij IV. vt ẽt vidimus, habetur confirmatio, & innouatio

anteriorum conſtitutionum, ergo omnes hę propoſitę conſtitutiones in antecedenti §. cum ſuis pęnis adhuc vigent.

Non obſtat contrarium, quia ꝓcedit tantummodo, vbi non apparet de confirmatione anteriorum, & ſic veterum legum, ſed potius de illarum abrogatione, ſicuti conſtat ex omnibus ſupradictis quibus anteriores confirmantur, & præcipue ex noua, ac vltima Clem. VIII. Di-
3 ſputatio igitur † ſuper hoc non eſt habenda, cum ſit caſus expreſſus in lege, & conſtitutione, vt dicitur in l. ancilla. C. de furt.

Verum pœnę impoſitę in caſibus prohibitis in duello publico habentne locum in caſibus prohibitis in duello priuato? Hoc expediā ī ſeq. §.

SVMMA.

1 *Pœnę impoſitę quoad duellum publicū habent locum in duello etiam priuato, & è contra.*
2 *Ac, dictio denotat ſimilitudinem antecedentium.*
3 *Perinde, dictio quid importet.*
4 *Verba debent intelligi, vt aliquid operentur.*
5 *Quinimo, eſt dictio compoſita.*
6 *Quinimo dictio quando implicet.*
7 *Menti potius eſt inſeruiendum, quam ſimplici verborum cortici.*
8 *A verbis eſt recedendum, ac a propria eorum ſignificatione, vt abſurditas, et iniquitas remoueatur.*
9 *Argumentum à multo magis in iure eſt validiſſimum, quod dicitur argumentum à minori.*
10 *Et dictio eſt huius naturæ, vt implicet.*
11 *Conſequens, & finis legis ad principiū, & antecedens referūntur.*

§. IV.

§. VIdimus omnes conſtitutiones latas ſuper duello adhuc vigere, modo dubium oritur, an pœnę impoſitæ in caſib. prohibitis in duello publico habeant locum in caſib. prohibitis in duello priuato, adeo vt q̄ puniūtur rōne duelli priuati, incurrant ēt pœnas impoſitas pro duello publico, vt exempli gratia, aliquis committit duellum priuatum, punitur ne pœnis propoſitis duellum publicum ineuntibus, & e
1 contra. † Quoad hanc quæſtionem breuiter concludo, ac abſq; vllo dubio teneo eiſdem pęnis puniri. Idq; probo primo, quia pęnę omnes, quę imponūtur ijs, qui per Bullas, ac decretum prohibentur, reſpiciunt & priuatum, & publicum; nam quę a Concilio Triden. in ſuo Decreto impoſitę ijs, qui duellum publicum cōmittunt, vel qui circa illud ibi puniuntur, habent locum in omnibus caſibus, in quibus proſpexit Bulla Greg. XIII. in qua, vt ſupra probaui hoc ca. in principio n. 23. agitur de duello priuato, quod aperte ipſemet Greg. dicit de duellum committentibus in illis verbis, auctoritate Apoſtolica ſtatuimus omnes illos, q̄ ex condicto, ſtatuto tempore, & in loco conuento monomachiam commiſerint, &c. cenſuris, & pœnis omnibus a dicto concilio propoſitis teneri, perinde ac ſi publico, & conſueto abuſu ſingulare certamen iniuiſſent. Ecce ibi puniuntur duellum priuatum committentes ijſdem cenſuris a Concilio Tridentino impoſitis ijs, qui duellum publicum committunt, quod aperte declarat illa di-
2 ctio, Ac ſi, † quæ eſt illius naturæ, vt deno-

Digitized by Google

denotet ſimilitudinem antecedentium. Clem. 1. de iud. l. 1. §. 1. C. de erro. aduoc. §. ex hoc. inſtit. ti. quib. non eſt permiſſ. fac. teſt. tradit Dec. in cõſ. 361. vol. 3. in principio, verſ. Secundo hoc idem: declarat etiam
3 id dictio illa Perinde,† quę eſt illius naturę, vt importet identitatem rationis, vt dicitur in l. vtrum, & ibi Marſ. not. nu. 3. in ſuis Comment. ff. ad leg. Pomp. de parricid. & facit l. qui a patre, & ibi Bar. ff. de confirm. tut. & l. 1. ff. de recept. & idem Bart. in l. ſacrilegij. §. is autem. ff. ad leg. Iul. pecul. & DD. in l. 4. ff. qui pot. in pign. hab. duellum priuatum igitur committentes incidunt in pœnas propoſitas a Concilio Tridentino committentib. duellum publicum, ac ſolemne.

Secundo id probo, Domini temporales permittentes duellũ fieri, necnon illud mandantes, inſtigantes, auxilium, conſilium, vel fauorẽ ad id dantes, ex compoſito ſpectatores, ijſdem pœnis a Concilio impoſitis puniuntur, eſto ſit duellum priuatum; Volentes etiam, ait Greg. XIII. in cit. Bulla, locorum Dominos, ſi certamen ex cõdicto huiuſmodi pmiſerint, aut quantum in ſe fuerit, non prohibuerint, oẽsq; illud fieri mandantes, inſtigantes, auxiliũ, cõſiliũ, vel fauorem dantes, equos, arma, pecuniam, commeatum, & alia ſubſidia ſcienter ſubminiſtrantes, aut ex compoſito ſpectatores, vel ſocios quouis modo ſeſe præbẽtes eiſdem cẽſuris, & pœnis ſubiacere, &c. Pœnæ igitur impoſitę a Cõcilio Tridentino pro duello publico locum habent in duello priuato in omnib. ibi per eum enumeratis, atq; ſic etiã declarauit Clem. VIII. in ſua Bulla in verſ. Quas pœnas; poſtquam. n. recenſuit in ſuperiori verſ. incip. Sed poſtmodum, qui puniantur a Concilio Trident. ſimulq; quibus pœnis, ſubiunxit, quas pęnas nouiſſime pię mem. Greg. Papa XIII. pariter prædeceſſor noſter extendit aduerſus illos etiam omnes, qui non publice, ſed priuatim ex condicto, ſtatuto tẽpore, & in loco conuento monomachiam commiſiſſent, &c. etiam contra locorum Dominos, cæteroſque ſupradictos criminis ſocios, & ex cõpoſito ſpectatores. Non eſt igitur de hoc dubitandum, atq; ſic dixit etiã Nauar. in conſ. 1. n. 1. ibi. Sed extenſum fuit, & in conſ. 2. in principio de purg. vulg. & Illuſtriſs. Tuſch. in ſua Pract. concluſ. in littera D. concluſ. 805. num. 15.

Tertio id probo, quia conſtitutionum oĩum aliorũ Romanorũ Pontificum pęnæ reſpiciunt oẽs enumeratos in cit. Bulla Clem. VIII. nã ibi & publicũ & priuatũ duellũ prohibet, duellũ aũt committentes illis puniuntur quicunq; ſint, & in quocunque loco ſint, ob verba illa. Ac inſuper, vbi decernit, ac declarat eaſdẽ conſtitutiones, ſcilicet Pij IV. qua confirmantur anteriores conſtitutiones Romanorum Pontificum ſuper hoc latas, vt iam vidimus, & Greg. XIII. qua confirmatur decretum Concil. Trident. habere locum vbiq; gentium, & inter quaſcunque perſonas, quo in loco ſine dubio debet intelligi inter quaſcunq; perſonas duellum committentes tam publice, quam priuatim, quia vt alias probaui, ibi agitur tam de publico,
4 quam de priuato duello; verba † vero

Digitized by Google

ro debent intelligi, vt aliquid operentur. l. ſi quando, & ibi Gloſſ. in verb. Fruſtra. ff. de leg. 1. & l. ſi ſtipulatus. ff. de vſur. & l. 1. in fin. ff. ad municipal. Præterea id exprimit in verſic. ſeq. qui incipit. Idem quoque iuris, vbi vult habere locum etiam inter milites vnius exercitus, & alterius exercitus, vt non poſſint ſingulare certamen inire, nec etiam ad id prouocare, vt videbimus. Si ergo vult, ne milites huiuſmodi poſſint inire certamen ſingulare, nec ad illud prouocare, patet duellum committentes, & prouocantes eiſdē pęnis puniri vel publice, vel priuatim duellum faciant, vel ad illud prouocent: nam legislator ſimpliciter loquitur, nec diſtinguit, ergo ſimpliciter debet intelligi, nec nos diſtinguere debemus argu. l. de pretio. ff. de publ. in rem act. Tertio ex eadem Bulla probatur in verſ. Quinimo de nouo, vbi committentes, ac prouocantes ad duellum tam publicum, quam priuatum enumerat, & excōmunicat, ergo & ſupradictis pœnis

5 debēt puniri; dictio † enim illa quinimo, quæ compoſita eſt ex quin, & imo, & idem ſonat, quod immo, vt inquit Iaſ. in l. iuriſgētium §. quinimo. ff. de pact. nu. 9. Dictio inquam

6 illa † inter alias qualitates hanc habet, vt implicet, ita Bar. in l. 1. C. de nou. cod. fac. & præcipue, vbi a lege profertur, eſtque eadem ratio, vt in caſu noſtro. l. iubemus. C. de ſacroſ. Eccl. quem Bar. ſequitur Bal. in cit. l. iuriſgentium, vt refert Iaſ. eo. n. 9. quaſi dicat Romanus Pont. Non ſolum hic enumeratos volumus teneri, obligatoſq; eſſe, ac puniri pœnis, de quibus in cit. conſtit. Pij IV. Concil. Trid. ac Greg. XIII. Immo de nouo excōmunicamus, &c. Poſtremo

7 facit, quia † menti potius eſt inſeruiendum, & præcipue vbi veroſimile eſt mentem eſſe talem, quam ſimplici verborum cortici. l. ſcire oportet. §. aliud autem. ff. de excuſ. tut. not. Gloſ. in l. ſi quis. §. idem Labeo. ff. de relig. & ſumpt. fun. tradit Soc. Iun. in conſ. 97. nu. 12. cum ſeq. vol. 1. & pręcipue, vbi ſic ſtatutum eſſet a legislatore, ſi de hoc interrogatus eſſet, iux. l. nō eſt veriſimile. ff. quod met. cauſ. l. qui concubinam. §. qui fundum. ff. de leg. 3. cum ſimil. tradit Gloſſ. fin. in fi. per illum tex. in l.

8 tale pactum. §. fin. ff. de pact. † & a verbis eſt recedendum, a propriaq; eorū ſignificatione, vt abſurditas, & iniquitas remoueatur, vt declarat Bart. in l. omnes populi nu. 58. verſ. Pono aliud, ibi, de mente autem. ff. de iuſtit. & iur. quem omnes ſequuntur, & Alex. in conſ. 85. in 4. vol. & Dec. in conſ. 19. vol. 4. & Soc. iun. in conſ. 1. n. 126. vol. 1. at præſumitur mētem legislatoris talem eſſe, quia omni modo vellet extirpare hoc delictum, ergo: abſurditas etiam, & iniquitas debet tolli; nā, vt videbimus, Domini temporales permittentes duellum illis omnibus pœnis puniūtur, ergo multomagis debent puniri ipſimet duellum committentes.

9 Addo etiam hoc probari argumento ſumpto a minori ad maius, quod argumentum in iure validiſſimum eſt. arg. auth. multo magis. C. de ſacroſ. eccleſ. Vult enim vt puniantur omnibus pœnis, ac cenſuris contentis in cit. Bullis illi, qui ſunt cauſa, vt per ſcripturas fiat duellum, & quibus duello datur cauſa, vt infra dicā, quan-

quanto magis debent puniri duellum committentes? De duellum igitur committentibus, ac ad illud prouocantib. non eſt dubitandũ, quin hoc noſtrum dictũ probetur in cit. Bulla Clem. VIII.

Sicuti etiã de Ducib. Capitaneiſq; militum ob verba, quæ habentur in eadem Bulla in verſ. Et non ſolum
10 ob dictionem illam Et,† quæ eſt dictio implicatiua, poniturq; pro etiã, & eſt eius naturæ, vt ex copulatis trahatur ad aliud. l. 1. verſ. nã & Reipublicæ, & ibi declarat Glo. ff. ſol. ma. l. fin. §. fin. & ibi Gloſ. ff. de vin. trit. & oleo leg. tradit Socin. iun. in cõſ. 8. num. 24. vol. 1. & in multis alijs locis: item hæc dictio coniungit, & plenariam repetitionem importat, l. Seię. §. Caio, & ibi Gloſſ. & DD. ff. de fund. inſtruct. at ſupra præcedentes dixit illis pœnis obligari, ergo & hi.

Non etiam eſt dubitandum de ijs, qui ſunt cauſa, vt per ſcripturam fiat duellum, tũ quia in verſ. Quinc alijs, ibi nihilominus cenſuris, manifeſto conſtat; tum etiã ob dicta ſupra de committentibus, ac prouocantib. comprehenduntur. n. in illo verſ. Quinimo, ſicuti etiam conſiliũ dantes, operam, fauoremq;, & ſuadentes, necnon mandantes. Nã eſt cõſequens, & finis legis; † at conſe-
11 quens, finiſq; legis ad principium, & antecedens referũtur. arg. l. vnic. in fin. C. de impon. lucrat. deſcript. & l. penul. §. ſi quis. ff. de iur. & fact. ignor. ergo. Quibus omnibus addo colligi hoc dictum noſtrum expreſſe in Bulla cit. Clem. VIII. in verſ. ipſas vero ciuitates, ibi pęnis alijs tã ſpiritualibus, quam temporalibus contra eos inflictis nihilominus in ſuo robore permanſuris. Ecce hic Romanus Pontifex extendit prohibitionem tam vbi publicum, quam priuatum duellum committitur, & omnes pœnas alias impoſitas vult adhuc durare, ergo habet locum in omnibus caſibus, in quib. duellum committitur, vel ſit duellum publicum, vel priuatum.

Atqui pęnæ impoſitæ ijs, qui puniuntur per Bullas, ac alia iura infliguntur, ſunt ne ipſo facto, vel requiritur ſententia iudicis? Hoc abſoluam in §. ſequenti.

SVMMA.

1 *Pœnę impoſitæ duellum committentibus, & alijs, qui puniuntur per Bullas, ac alia iura duellum prohibentia, ſunt ipſo iure, nec requiritur iudicis ſententia, quod dictum, quouſque pateat, declaratur.*

2 *Argumentum à partium enumeratione in iure validiſſimum eſt.*

3 *Latæ ſententiæ, vel alia ęquipollentia verba ſtatim inducunt pęnam, & quę nam ſint illa.*

4 *Tempus præſens ſignificat pęnam imponi ipſo iure.*

5 *Imperatiuum tempus aut præcipit, aut prohibet aliquid, & tunc ſtatim pœnam inducit.*

6 *Infinitum tempus quando infligat pœnam eo ipſo.*

7 *Pęna pecuniaria non debetur niſi poſt ſententiam.*

8 *Futurum tempus ſignificat ſententiam ferendam.*

E §. Pro-

§. V.

1 §. PRopoſita eſt hęc quęſtio declaranda, † an pęnę omnes impoſitæ a Bullis, & decreto Concilij Trid. quas Bullas, & decretum vidimus ſupra, ſint ipſo iure, vel requiratur iudicis ſententia. Has vero pœnas habebimus infra in ſingulis capit. in quib. agemus de ijs, quibus prohibitio impoſita eſt. Et quoad hoc teneo, ac pro firmo habeo ipſo iure eſſe omnes pœnas impoſitas ijs, qui puniūtur per Bullas, & decretum, id quod pro regula pono, ſicq; probatur argumento ſumpto ab enumeratione partium; † qđ
2 argumentum in iure validiſſimum eſt. l. patre furioſo, & ibi Bart. Bald. Angel. & DD. not. ff. de ijs, qui ſunt ſui, vel alien. iur. & l. ex maleficijs. §. hæres, & l. obligationum fere. §. placet. ff. de act. & oblig. princip. tit. in inſtit. iunct. Gloſſ. de oblig. quæ ex quaſ. contract. naſc. & de oblig. quę ex quaſ. delict. & ibi Angel. & late Euerard. in lib. de locis legal. in loco a partium enumeratione. Pœnæ vero ſupradictæ inferuntur a Iulio II. Leone X. Pio IV. Concilio Trid. Greg. XIII. & Clemen. VIII. vt patet ex ſuis Bullis poſitis ſupra hoc cap. §. 2. at omnes illæ Bullæ, ac decretum inferunt pœnas ipſo iure, ergo. Nam ſemper vtuntur verbis, quib. apparet ipſo iure eſſe: Iulius enim ſecundus inquit ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna. Item impune capi poſſe, & puniri pro homicidio ſtatuimus; corporaq; in duello facto morientium in ſacro ſepeliri prohibentes. Item ſub ſimili excōmunicationis pœna, & interdicti eccleſiaſtici: Item ſub excommunicationis latæ ſententiæ, & quatuor millium ducatorum Cameræ Apoſtolicæ applicandorum pœna. Hæc ſunt verba, quæ adhibentur a Iulio II. dum punit contrafacientes: ex q. bus apparet, vt dixi, ipſo iure pœnas
3 eſſe. Nam † quotieſcunq; apponuntur illa verba latæ ſententiæ, pœna inuritur ſtatim ac cōtra prohibitionem faciūt, ſicuti, vbi adſunt verba ęquipollētia, quę idem ſonant, vt ipſo iure, ipſo facto, ſtatim, mox, tunc, & eo ipſo, nec reqritur alia ſentētia, vt per Abb. in c. ſi diligenti. n. 18. de for. compet. & Fel. in c. Rodulphus. n. 31. de reſcript. facit c. quam ſit, & ibi Gloſſ. in verb. Eo ipſo. de elect. lib. 6. & Tabien. in verb. Excommunicatio 2. verſ. Sexto, & late D. Meus Vgol. in tract. de Cēſur. eccl. Tab. 1. cap. 9. §. 6. n. 3. & Sayr. in ſuo Theſa. caſ. conſ. lib. 1. cap. 11. n. 7. quod verbum habetur in cit. verbis Iulij II.
4 Vbi itidem adſunt † verba in tēpore præſenti collocata, latæ ſententię pęnam inferunt. c. excommunicamus. 1. & 2. de hęretic. cum ſimil. cit. a D. meo Vgol. in cit. §. 6. n. 4. cum ſeq. & in Tab. 2. in cit. tract. cap. 28. & facit c. vnic. de ſchiſmat. lib. 6. tradit S. Anton. in 3. part. tit. 24. cap. 74. & Ang. in verb. Excōmunicatio. 2. n. 4. & Sylueſt. eod. 1. n. 15. & Tabien. eod. 2. verſ. quarto vtrum, & Armil. eod. num. 17. & Nauar. in Man. cap. 27. nu. 12. & Sayr. eod. cap. 11. nu. 6. cuiuſmodi ſunt verba prolata a Iulio II. vt ſtatuimus, & prohibentes: Vbi etiam eſt infinitum cōiunctum cum tempore præſenti, vt eſt in ſupradictis verbis, latam ſententiam inducit, vt infra dicam.

Leo

Digitized by Google

Leo X. quoq; poſtquam vult teneri, ac obligatos eſſe pęnis impoſitis a Iulio II. ait non ſolum pœnis p̄dictis ſubiaceant, ſed eorum memoria perpetuo damnata ſit, ac bona proſcripta ſint, & Cameræ noſtræ Apoſtolicæ confiſcata eo ipſo. Item dicit non ſolum pœnas prædictas incurrant, ſed omni iure ipſo facto cadant, & illud deuoluatur abſque vlla declaratione: Item ait pœnam incurrant: Item ſubiaceant interdicto. Hæc ſunt verba Leonis X. quib. vtitur, dum pœnas imponit, contrafacientibus, ex quibus patet ipſo iure pœnas eſſe illatas. Nam partim adſunt illa verba eo ipſo, & ipſo facto, & abſque vlla declaratione, & tũc, vt iam dictum eſt ſupra, ſine dubio ſunt ipſo iure: partim autem dicitur pœnam incurrant, cadant, ſubiaceant, quæ verba ſunt prolata in
5 tempore imperatiuo, † imperatiuũ autem ſignificat actionem alicuius verbi, quo præcipitur, aut prohibetur aliquid a iure, vel ab homine, & tunc eſt latæ ſententiæ pœna, ſicuti ſi diceretur in excommunicationẽ incidat, & incurrat. arg. Clem. 1. de pęn. & c. vnic. de iniur. lib. 6. & Abb. in cit. c. ſi diligenti. n. 18. & in c. dura ſæpe. num. 8. de crim. falſ. tradidit Tabien. in cit. verb. Excommunicatio 2. verſ. Sexto, & Angel. eod. 2. numer. 7. & D. meus Vgol. in cit. n. 14. & Henriquez. quem refert, ac ſequitur Sayr. eod. cap. 11. nu. 8.

Pius Quartus quoq; dum ampliat, & confirmat pęnas prędeceſſorum, dicit, quas contrauenientes eo ipſo incurrant, inteſtabiles fiant, & pęnis prædictis puniri debeant: Item pœnam excommunicationis maioris latę ſententiæ incurrant: Itẽ eo ipſo priuati, & ad illa, &c. inhabiles exiſtant: quibus verbis etiam patet ipſo iure eos pœnas incurrere, qui contrafaciunt, tum ob dicta ſupra: tum arg. Clem. 1. §. verum. de hæret. iunctis tradit. ab eodem D. meo Vgol. in cit. cap. 11. §. 6. num. 11. cum tribus ſeq.

Concilium Trident. itidem dum imponit pęnas vtitur illis verbis eo ipſo ſint excommunicati; priuati intelligantur; ſtatim accquirantur; Pęnam incurrant; puniri debeant; perpetuo careant; perpetuę maledictionis vinculo teneantur. Hęc ſunt verba Concilij Triden. per quæ imponitur pœna, ob quæ apparet ipſo iure pęnas illatas eſſe per ea, quę diximus ſupra, ſicq; tenet Nauar. in conſ. 1. de purg. vulg. num. 1. ibi immo ſunt hodie, & Illuſtriſs. Tolet. lib. 5. inſtruct. ſacerdot. ca. 6. num. 33. Hinc qua ratione ſe defendere poſſit Petr. Nauar. lib. 3. De reſtit. cap. 3. nu. 293. non video, qui tenet non eſſe ipſo iure pœnas impoſitas a Concilio Trid. duellum committentibus, Patrinis, conſilium dantibus, & ſpectatoribus.

Gregorius XIII. itidem dum punit contrafaciẽtes inquit ſtatuimus pęnis omnibus teneri: Itẽ Volentes eiſdem pęnis ſubiacere: ex quib. omnib. manifeſto conſtat intentio noſtra, ac dilucide probatur; Tum ob
6 verbum ſtatuimus; Tum etiã † quia vbi infinitum eſt coniunctum cum tempore præſenti latam ſententiam inducit, vt inquit idem Do. meus Vgol. in cit. cap. 11. §. 6. nu. 11. cum trib. ſeq.

Clem. VIII. deniq; ſic inquit, ſed

ſupradictos omnes, eorumq; ſingulos ipſo facto, abſq; vlla monitione, iudicis decreto, aut monitorio perpetui anathematis, excommunicationis maioris, & maledictionis æternæ mucrone perculſos, & damnatos horum ſerie declaramus. Item ſi in ipſo conflictu obierint, ſepultura eccleſiaſtica perpetuo priuatos eſſe volumus. Ecce ait ipſo facto, & priuatos eſſe volumus; quib. verbis clare apparet propoſitio noſtra, ob ea, quæ dicta ſunt ſupra. Si igitur & quę inferuntur a Iulio II. a Leone X. a Clem. VII. a Pio IV. a Concilio Trident. a Greg. XIII. & a Clem. VIII. ſunt ipſo iure ergo oẽs pęnę qbus puniuntur contra facientes, ſunt ipſo iure, cũ ab his tantũmodo inferantur.

Excipitur tamen illa pęna pecuniaria, quam videbimus imponi in
7 aliquibus caſibus; † non. n. debetur in foro conſcientiæ ante iudicis condemnationem. arg. Gloſ. in c. fraternitas. 12. q. 2.

Item excipitur depoſitionis pœna quoad clericos; quia text. in c. 1. de cler. pugn. in duell. vnde illa pęna ſumitur, inquit deponendus eſt; eſt. n. lata hæc pœna ſub participio
8 futuri tẽporis † quod ſignificat ſententiam ferendam eſſe, ita Gloſ. in c. 2. §. inhibemus. in verb. inodetur. de heret. lib. 6. Abb. in cap. quia propter. n. 3. & in c. cum in cunctis. §. fi. nu. 6. de elect. Nauarr. in Man. cap. 27. num. 12. & D. meus Vgol. in cit. tract. de Cenſur. eccl. Tab. 1. cap. 9. §. 6. n. 7. & multi relati, quos ẽt ſequitur Sayr. in cit. c. 11. n. 13. & in re noſtra id dixit Hierony. Lanas in ſua ſumm. Eccleſ. par. 1. cap. 11. §. 9. in principio contra Sylueſt. & recte, quamuis teneant illam eſſe ſuſpenſionem, quod verum non eſt, quia tex. in cit. cap. 1. ſolummodo dicit deponendum fore, ideo merito Nauarr. in cit. cap. 27. n. 156. reprehendit Sylueſtr. ac Tabien. atque ſic inquit Diaz, Add. in Pract. Crim. canon. cap. 101. in verb. depoſitiones in principio. Sed de his hactenus, iã ſm caput explicandum aggrediamur, ſcilicet quinam ſint illi qui puniuntur, & quibus pęnis, ac quando.

De ijs, qui puniuntur per Bullas, ac alia iura duellum prohibentia. Capitul. 2.

S V M M A.

1 *Puniuntur Bullis, ac alijs iuribus duellum prohibentibus multi, & quinam ſint hi.*
2 *Bonum omni in ordine conſiſtit.*
3 *Inordinatum omne eſt confuſum.*

HOc eſt ſecundum caput explicandum, quinam ſcil. puniantur per Bullas, ac alia iura, quæ duellũ prohibent; ſimulq; quęnam ſint pœnæ, in quas incurrũt illi, qui illis Bullis, Decreto, ac alijs iuribus obligãtur.
1 Et † quoniam multi ſunt, qui puniũtur, ob id eos breuiter ſic referã.

Primo igitur puniuntur Domini temporales, in quorum Dominijs, ac regnis duellum committitur.

Secundo Duces, ac Capitanei militum.

Tertio, duellum committentes.

Quarto, prouocantes ad duellum;

Quinto, Patrini eorum, qui duellum committunt.

Sexto Socij duellantium, ac commeatum ſubminiſtrantes.

Septi-

Septimo, conſilium
Octauo, auxilium
Nono, fauorem
} dantes ad duellũ cõmittendũ.

Decimo, ſuadentes, ac inſtigãtes.

Vndecimo, ſpectatores duellãtiũ, ac aſtantes, ac duello intereſsentes.

Duodecimo, mandantes duellum fieri.

Decimotertio, qui aliquo modo ſunt cauſa, vt per ſcripturas duellũ fiat, vel ſaltem ad illud prouocetur.

Decimoquarto immiſcẽtes ſe vt duellum, vel prouocatio fiat.

Poſtremo Ciuitates, Terrę, Oppida, Caſtra, & alia loca, in quorum territorijs duellum commiſſum eſt. Hi ergo omnes per Bullas, decretũ, ac alia iura duellum prohibentia, puniuntur, de quibus ſingulis ſpecia tim eſt agendum, & prius de primo. Hoc tamen ordine in omnibus ſeruato, vt prius proponantur pœnę, in quas incidunt, & quibus puniuntur, deinde quando illis obligentur; om

2 ne † enim bonum in ordine conſiſtit ſecundum S. Auguſt. de natura boni, & nihil inordinatum eſſe debet.

3 §. 1. in Auth. de conſul. † quia omne inordinatum eſt confuſum. text. eſt cum Gloſſ. in §. inordinatum vero. in Auth. de hæred. & Falcid. late de hoc per Boer. in addit. in tracta. de author. mag. cauſ. nu. 32. Iam igitur primum videamus id quod in ſeq. pręſtabimus.

De ijs, qui puniuntur per Bullas, ac alia iura duellum prohibentia habito reſpectu ad Dominos temporales. Cap. 3.

SVMMA.

1 *Domini temporales permittentes duellum fieri in ſuis dominijs mortifere peccant. Item.*

2 *Sunt ipſo facto excommunicati. Tertio.*

3 *Sunt interdicti. Quarto.*

4 *Infames perpetuo ſunt. Quinto.*

5 *Diffidati ſunt. Sexto.*

6 *Incidunt in crimen læſæ maieſtatis. Septimo.*

7 *Seditioſi dicuntur, ac vt tales puniuntur.*

8 *Seditioſi quinam ſint. Octauo.*

9 *Vt rebelles puniuntur. Nono.*

10 *Fiunt inteſtabiles. Decimo.*

11 *Priuantur iuriſdictione, ac dominijs. Vndecimo.*

12 *Inhabiles ſunt ad dominia habẽda. Duodecimo.*

13 *Carceribus mancipari poſſunt. Decimotertio.*

14 *Puniuntur pœna quatuor millium ducatorum.*

Generatim poſitis, quinam ſint illi, qui puniuntur per Bullas, ac alia iura duellum prohibentia, iã ſpeciatim de ipſis agendum eſſe dixi, & primo loco de Dominis temporalibus. Vt igitur ordinem mihi propoſitum in præcedenti capite in fin. ſequar, ponam primo quænam ſint pœnę, quibus afficiuntur, deinde quando in illas pœnas incidant.

Hę ergo ſunt pœnę, quib. puniuntur domini temporales permittentes in ſuis Dominijs duellum fieri.

3 † Et primo mortifere peccant. Tum quod faciant contra legem, vt enim vidimus ſupra, duellum prohibitũ eſt omni iure, ſcil. diuino, naturali, gentium, Põtificio, ac ciuili, illiſq; , vt vidimus, eſt prohibitum, ne illud permittant; at offendentes legẽ, ac iura dicta mortifere peccant, arg. eorum, quę dixit Nauar. in Manual.

præ-

Digitized by Google

prẹlud.9.n.7.verſ.quarto,& num.8. ergo. Tum etiam, quia duellum permictere nil aliud eſt, quam homicidia iniuſta impune permittere, & alia mala quæ ex duello oriũtur (re uera. n. ex duello niſi malum ſequi poteſt, cum fuerit inuentum diabolica ſuggeſtione, vt dictũ eſt ſupra) & quę mala a Deo prohibita ſunt: at qui prohibita permittit, cum ex officio teneatur prohibere, mortifere peccat, ſic & hi. Tum deniq; quia ſic inquiũt Armill. in ſum. in verb. duellum. n. 2. & Illuſtriſs. Tolet. lib. 5. inſtruct. Sacerdot. c. 6. n. 33. verſ. quarto, ibi & tandem, & Marc. Scarſell. in ſumm. inſcript. Giardino de ſommiſti. p. 1. cap. 232. num. 1. & Socin. Iun. in conſ. 122. nu. 6. verſ. Et ideo.

2 Secundo † ſunt excommunicati, vt de dominis temporalibus permittẽtib. duellum publicũ dicitur in Bulla Iulij Secundi in verſ. Motu proprio, ibi ſub ſimili excommunicationis pœna; dictio autem illa ſimili, refertur ad omnia antecedentia: at ſupra dixerat de excommunicatione maiori latę ſententiæ, ergo: Idem dicit expreſse inferius in cit. Bulla, ibi ſub excommunicationis latę ſententiæ: Habetur etiam id in Bulla Leonis X. in verſ. Duces, Barones, Comites, vbi confirmat omnes pœnas impoſitas a Iulio ſecundo. Idem habetur in Bulla Pij IV. in verſ. Nos, quorum, ibi, & ſingulos, quos litterę, vbi omnes excommunicat, quos puniũt Iulius II. Leo. X. & Clem. VII. & expreſse id habetur in verſ. Illoſq; tã, ibi, vltra pœnas prędictas excommunicationis maioris latæ ſententię pęnam, a qua &c. ipſi incurrãt. Id quoque ait decret. Concil. Trid. ibi Imperator, Reges, Duces; Et de duello priuato tradit Greg. XIII. in ſua Bulla in verſ. Volentes etiam locorum dominos, & Clem. VIII. in ſua Bulla in verſ. Et nõ ſolum locorum Dominos. Hæ autem Bullę omnes, ac decretum Concilij Trident. habentur ſupra cap. 1. §. 2.

3 Tertio † Eccleſię ingreſſus eſt illis interclusus, ideſt interdicti ſunt eccleſiaſtico interdicto, ita dicitur in cit. Bulla Iulij II. in citat. verſ. Motu proprio, ibi ſub ſimili excommunicationis pœna, & interdicti eccleſiaſtici: quid autem ſit, ac quos effectus operetur hoc interdictum perſonale late tradidit D. meus Vgol. in tract. ſuo de cenſur. eccl. Tab. 5.

4 Quarto † perpetuo ſunt infames, ita habetur in citat. Bulla Pij IV. in verſ. Nos, quorum, ibi. Et ſingulos, quos litterę; nã punit oẽs perpetua infamia, illis verbis ꝑpetuę infamię, quos cõcernũt litterę Iulij II. Leonis X. ac Clem. VII. at Dñi tpales puniũtur per illas Bullas, vt vidimus in initio huius capit. ergo. Præterea in verſ. Illoſq; tam enumerat dantes locum ad pugnandum, ibi ſeu campum ad pugnandum dantes, ſeu cõcedentes, & in verſ. Vt ipſi; ibi enim ait, vltra penas prædictas excommunicationis maioris latæ ſententię pęnam & ipſi incurrãt. Si ergo dantes, ſeu concedentes campum ad pugnã vltra prædictas pœnas ſunt excommunicati, in numero ſupradictarum pœnarũ adeſt infamia, ergo & Domini temporales ſunt infames, ſi duellum permittant fieri in ſuis Dominijs, & regnis.

5 Quinto † ſunt diffidati, ita dicitur in cit. Bulla Pij Quarti in cit. verſic.

Nos

Digitized by Google

Nos,quorum,ibi diffidati aūt ſunt.
6 Sexto† incidunt in crimen læſę maieſtatis, ita dicitur in citat. verſic. Nos quorum,ibi, criminis lęſę maieſtatis: Pęna autem huius criminis eſt mors, vt per Iulium Clar. lib. 5. recept. ſent. §. lęſę Maieſtatis. verſ. ſed quęro,quę ſit pęna.
7 Septimo † vt ſeditioſi puniuntur, ita dicitur in cit.verſ. Nos quorum,
8 ibi ſeditionis.†Seditioſi vero ſunt illi, qui diſſenſiones ponunt inter ciues,ſic dicti,quoniam operantur,vt ciues alij alio eant, & dicta eſt ſeditio a ſeorſum,& Itio, ita Gregor. de Valen.Tom.3.diſput.3.q.17. de rixa.Punct.2.in principio. Quantam vero habeant peruerſitatem ſeditioſi intelligit̃ ex illo Virg.Aenei.1.

Ac veluti magno in populo cum ſæpè coorta eſt
Seditio, ſęuitque animis ignobile vulgus.
Iamq;faces,& ſaxa volant ,furor arma miniſtrat.

Pœnam autem ſeditionis late exponit Iul. Cla.eo.lib.5.recept.ſent. §. fin. q.68. verſ. ſeditionis auctor.
9 Octauo † vti rebelles etiam puniūtur,ita dicitur ibidem in citat. verſ. Nos quorum,ibi rebellionis. Et de pœna illius vid. per eund. Iul. Clar. in cit.§.lęſę maieſtatis.in verſ. Hinc infertur.
10 Nono fiunt inteſtabiles, † vt dicitur in cit.verſ.Nos quorum,ibi inteſtabiles fiant.
11 Decimo priuantur † iure, iuriſdictione,ac dominio illius Ciuitatis, Caſtri,vel loci,quem ab eccleſia habent in emphiteuſim, & deuoluitur ad Cameram Apoſtolicam, in quo loco,vel in cuius loci territorio duellum eſt factum:& ſi illum locum habent in feudum,domino directo ſtatim,& ipſo facto abſq; vlla declaratione acquiritur, ita dicitur de duello publico in cit. Bulla Leonis X. in verſ.Duces,Barones,& in cit.decr. Concil. Trid. ibi ac iuriſdictione ēt hodie puniuntur pro prima vice, licet olim per cit. Bullam Iulij II. punirentur ſolum vltra primam vicē, & hoc, quia cit. Bulla Leonis X. in cit.verſ.id exprimit,& cit. Bulla Pij IV.in cit.verb. & ſingulos, & in cit. decret.Concil.Trid. quod ſimpliciter,ac generaliter loquitur,ergo ſimpliciter,& generaliter debet intelligi. Omnes hę pęnę igitur incip. a n. 5.vſq; ad hunc nu. 11. pertinent ad quoſcunq; enumeratos a Pi o IV.
12 Vndecimo inhabiles ſunt † ad dominia habenda, ac iuriſdictiones, ita dicitur in cit.Bulla Pij IV.in cit. verſic. Nos quorum, ibi. Necnon inhabilitatis.
13 Duodecimo † carceribus mancipari,ac detineri poſſunt, vt dicitur in cit.verſ.Nos quorum, ibi carceribus mancipari.
14 Poſtremo † puniuntur pęna quatuor millium ducatorum,qui Camęrę Apoſtolicæ applicantur,pro qualibet vice aſſignauerint campum, vel conceſſerint,aut tradiderint,ita habetur in cit.Bulla Iulij II.ibi,ſub excommunicationis latæ ſententiæ. His igitur pœnis puniūtur. Animaduertant ergo Cōfeſſarij ho um Dominorū permittentium duellum fieri in ſuis Dn̄ijs, ac Regnis. ſed iam videamus,quando in illas pœnas dictas incurrant: id quod in ſeq. præſtabimus.

SVM-

SVMMA.

1 *Domini temporales permittentes duellum fieri in ſuis Dominijs, ac Regnis per Bullas, ac Decretum Concil. Trident. quæ duellum prohibent, puniuntur; quæ regula, quouſq; pateat, declaratur.*
2 *Omnis dictio quid importet.*
3 *Et, dictio ponitur aliquando pro ideſt.*
4 *Status hominum eſt bipartitus.*
5 *Conditio hominum quænam ſit.*
6 *Gradus perſonarum tam eccleſiaſticarum, quam laicalium quinam ſint.*
7 *Verba generalia generaliter debent intelligi.*
8 *Clauſula in fine poſita ſe extendit ad omnia præcedentia.*
9 *Conſuetudo eſt altera lex.*
10 *Lex iuſta eſſe debet.*
11 *Conſuetudo an excuſet à pœna temporali.*
12 *Corruptela aggrauat peccatum.*
13 *Diuturnitas temporis non minuit peccatum.*
14 *Prohibere qui poteſt, & id non facit, fauere dicitur.*
15 *Connexorum idem eſt iudicium.*
16 *Incluſio vnius eſt alterius excluſio.*
17 *Argumentum a contrario ſenſu in iure eſt validiſſimum.*
18 *Pœnæ quæ puniri debeant duellum committentes à iudicibus temporalibus.*
19 *Arbitrio iudicis ſtamus, vbi in iure non adeſt diſpoſitio., ac determinatio.*

§. I.

§. VIdimus quibus pœnis puniantur Domini temporales, modo videamus quando illis obligentur. † Vbi igitur per-
1 mittunt duellum fieri ex condicto, ſeu ex compoſito in terris ſuis, & ob id duellum committentibus in eorum locis dant locum, ſeu (vt verbis Bullæ vtar) campum liberum, ac tutum ad duellum, incidunt in ſupradictas pœnas, atq; ſic tradidit Illuſtriſs. Tuſch. in Pract. concluſ. in littera D. concluſ. 805. n. 12. ex ſententia Angel. in conſ. 374. num. 5. & expreſse id habetur in Bulla Iulij II. ibi omnibus, & ſingulis vtriuſq; ſexus, & in Bulla Leonis X. in verſ. Duces, & in Bulla Pij IV. in verſ. Illoſq; tam, ibi, aut locum, ſeu campum ad pugnandum dantes, ſeu concedentes; & ibi vniuerſos, & ſingulos, & in Cōcilij Trid. decret. ibi Imperator, Reges, & in Bulla Greg. XIII. in verſic. Volentes etiam, & in Bulla Cle. VIII. in verſ. Et non ſolum locorum dominos; quæ Bullę omnes, ac Decretum poſitæ ſunt ſupra cap. 1. §. 2. & hoc pro regula nobis erit.

Quæ locum habet, vt omnes, & quoſcunq; comprehendat ob verba Bullarum, ac decreti in cit. locis. Tum quod ibi adeſt dictio omnib.
2 † quæ neminem excludit, arg. l. Iulianus. ff. de leg. 3. & c. ſi Romanorum. diſt. 19. ſicut etiam illa dictio ſingulis; ex quo. n. ſinguli comprehenduntur, ergo & omnes. Quæ dictio ſingulis, idem ſignificat, quia nanque ſinguli comprehenduntur, ergo & omnes, nec eſſet neceſſaria illa dictio ſingulis, ſed addita eſt, vt dignoſcamus quid altera dictione omnibus comprehendatur, & ob id dicemus illam copulam Et, † ibi poſi- 3
tam eſſe pro ideſt, quod ſępe contingit, & præcipue, vbi declaratur vnū per alterum, vt eſt in caſu noſtro, atque ſic habetur inſtit. tit. de liber. §. manu-

manumiſſio autem, ibi Manui, & poteſtati, vbi ponitur Et, pro ideſt, & in tit. de tutel. in principio, ibi vis, ac poteſtas, vbi copula illa ac, pro ideſt, ponit, & DD. ibi ſic exponūt, & faciunt tradita a D. meo Vgol. in tract. de Bulla Cœnę Domini. p. 2. cap. 2. §. 1. nu. 1. tum etiam, quia ibi adſunt verba generalia, vt dantes, ſeu concedentes, & vniuerſos, & ſingulos, & domini temporales, & quocunq; alio nomine domini temporales, & dominos, ergo generaliter debent intelligi. arg. l. 1. §. & generaliter. ff. de l. g. pręſtan. tū denique quia in illis locis oēs fere enumerantur, qui temporalem iuriſdictionem habent, vt quiſq; per ſe videre pōt.

Item locum habet cuiuſcunq; ſtatus ſint, & ob id vel clerici, vel laici hi domini ſint. Primo ob verba illa generalia poſita in cit. Bulla Pij IV. in verſ. ac omnes conceſſiones, ibi cuiuſcunq; ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, nobilitatis, & præeminentiæ fuerint.

4 † Nam ſtatus hominū eſt bipartitus; alij enim ſunt laici, alij clerici, vt dicitur in cap. duo ſunt genera. 12. q. 1. ergo omnes cōpręhenduntur. Poſtremo quia id expreſse dixit idem Pius Quartus in cit. Bulla in verſ. Illoſq; tam, ibi, & ordinis tam eccleſiaſticæ, quā mundanæ exiſtant.

Tertio locum habet, vel maſculi, vel fœminę ſint. Tum ob illā dictionem omnibus, de qua dictum eſt ſupra hic n. 2. tum etiam ob verba Iulij II. in cit. Bulla, ibi, vtriuſq; ſexus. Tum deniq; ob verba Pij Quarti in ead. Bulla cit. ibi, Conditionis:

5 † Hominum enim cōditio eſt, vt alij ſint liberi, alij ſint ſerui, vt habet inſtit. tit. de iure perſon. in principio, horū autem alij ſunt maſculi, alij fęminę.

Quarto locum habet, cuiuſcunq; ſint gradus ob verbū illud gradus, poſitum in cit. Bulla Pij Quarti. Et quoniam excommunicantur tā laici quam Eccleſiaſticæ perſonæ, vt vidimus, & horum plures ſunt gradus, ob id omnes puniuntur.

6 † Quare ratione eccleſiaſticarum perſonarum quoad dignitates habentur Cardinales, Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epi, Abbates, Archipresbyteri, & alij clerici inferiores, & rōne locorū Imperator, Reges, Duces, Marchiones, Comites, & alij. Hodie igitur, & Imperator, & Reges illis pœnis puniuntur; tum ob dicta, tum ob Concilij Trid. decretum, quamuis videatur Pium IV. illos excepiſſe in cit. ſua Bulla ibi, eorum, ac ipſorum, ſingulos ab Imperatore, ac Regibus inferiores.

Quinto locum habet non ſolum ſi permittant duellum fieri in ſuis locis, ac terris, in quibus iuriſdictionē habent, & quæ ſunt ſubiecta Romanę ditioni mediate, vel immediate, vt de duello publico dicitur in cit. Bulla Iulij II. in verſ. dictoſq; pugilles, ibi, ſub ſimili excommunicationis pęna, ſed omnibus in locis, & ſic eſto non ſint ſubiectę nec mediate, nec immediate Romanę Eccleſiæ, vt de eodem duello publico dicitur in cit. Bulla Pij Quarti in verſ. ac omnes conceſſiones, ibi, Non ſolum in terris, & locis eidem Romanæ Eccleſiæ, vt p̄fertur, ſubiectis, ſed alias vbilibet, & cęt. & ibi. Et etiam extra terras, & loca ditioni Eccleſiæ huiuſmodi non ſubiecta. Et de duello tā publico, quam priuato habetur expreſſe

Digitized by Google

preſſe in cit. Bulla Clem. VIII. in verſic. ac inſuper, ibi. Vbiq; gentium, ac terrarum, atq; ſic ſenſit Illuſtriſs. Tuſch. in cit. ſua Pract. concluſ. in cōcluſ. 805. n. 13. & n. 16.

Sexto locum habet, eſto hi domini non ſint ſubditi dictioni ſanctæ Romanę Eccleſiæ, vt de duello publico dicitur in cit. Bulla Pij IV. in cit. verſ. Ac omnes conceſſiones ibi. Etiam temporali ditioni ipſius Romanæ Eccleſię non ſubditos; & tam de publico, quam de priuato probatur ex Bulla cit. Clem. VIII. in cit. verſ. Ac inſuper, vbi decernit, ac declarat omnes cōſtitutiones de duelli materia latas, ac decretum Conc. Trid. habere locum vbiq; gentium, & terrarum, & inter quaſcunque perſonas.

Septimo locum habet, vt in has pœnas incidant, quicunq; ſint, quibus duellum fieri permittitur; nam omnibus eſt prohibitum, vt videbimus, & in re noſtra ſic habetur in cit. Bulla Iulij II. quoad duellum publicum in verſ. dictoſq; pugilles, ibi cuiuſcunque dignitatis, & nobilitatis fuerint, & in Bulla cit. Pij IV. in verſ. illoſque tam ad pugilles, ibi, ſeu cuiuſcunque dignitatis, nobilitatis, ſtatus, gradus, & cæt. Quicunq; igitur ſint, quo duellum committere volunt, illud concedere non poſſunt, nec permittere, alias incidunt in pœnas.

Octauo locum habet, vt non poſſint neq; expreſſe, neq; tacito huiuſmodi duellum tam publicum, quā priuatum permittere ex quacunque cauſa, eſto a legibus non eſſet improbata, ſed pmiſſa, ita dicitur de duello publico, ac ſolemni in cit. Bulla Iulij ſecundi ibi. Et ex quacunq; cauſa etiam a legibus non improbata; & de publico, ac priuato probatur ex Bulla Clem. VIII. in verſ. quinimo de nouo, ibi., in quibuſcunq; locis, modis, formis, ac caſib. ſub pręſenti noſtra, vel alijs prædictis conſtitutionibus, ac decreto cōprehēſis: At hic caſus eſt compræhenſus ſub cit. conſtitutione Iulij II. vt dictū eſt, ergo & in Bulla Clem. VIII. Non igitur permittent ob eam cauſam, eo quod dicerent debere permitti, ne quis notetur ignominia, quia prouocatus fuit, & eſt nobilis, ac eques armorum profeſſor, & ob id permittendum. arg. l. ad beſtias. ff. de pœn. non. n. per hoc notatur, immo infamis efficitur, vt videbimus infra: qui duellum committit, præterquam quod offenditur Deus, hancq; cauſam improbatam eſſe cōmuniter a DD. diximus ſupra ca. 1. in principio n. 21. verſ. quarta erat. Hinc ceſſat, quod dixit Bald. in tit. de pac. ten. quem refert, ac ſequitur Curt. Iun. in conſ. 173. n. 3. vol. 2. qui volunt cauſa honoris conſeruandi permitti poſſe, de qua re etiam egit Illuſtriſs. Tuſch. ead. concluſ. 805. n. 31. & ſeq. & nu. 33. vbi concludit ex ſententia Grat. in conſ. 3. libr. 2. illā cauſam non valere, & faciunt tradita infra ca. 5. in principio. Sicut etiā improbatur illa ad manifeſtationē, ac probationem veritatis. Et illa ad virium, veritatiſq; oſtentationem. Et illa gratia ſpectaculi: Et illa ob innanem gloriam, vel iram. Et illa ad terminādam litem aut ciuilem, aut criminalem, de quib. oībus actū eſt ſupra eod. cap. 1. cit. n. 21. Ex his igitur cauſis duellū non permittēt.

Non

Digitized by Google

Non etiam ob crimen læſæ maieſtatis, vbi ſcil. imponitur alicui crimen læſæ maieſtatis, quamuis Io. de Lignan. in tract. de duello dicat ex hac cauſa permitti poſſe, quem ſequitur etiam Calcan. conſ. 2. & Addit. in deciſ. Guid. Pap. q. 623. licet recte contra eum teneat Barbat. in cōſil. 62. vti refert Socin. Iun. in conſ. 122. nu. 2. vol. 2. & Illuſtriſs. Tuſch. in cit. Pract. concluſ. in littera D. cōcluſ. 805. num. 22.

Non etiam, vbi diceretur vxorē conciliatam eſſe in mortē viri, quicquid dicat Io. de Lignan. eod. ca. 8. Sicuti etiam tenet de crimine adulterij, & alijs caſibus, quos conſulto omitto, ne actum agam.

Non etiam in caſibus permiſſis a legibus Longobardorum, qui referuntur ab ipſomet Io. de Lignan. & a Bald. in cap. 1. de pac. tenen. verſ. Not. plane caſus, & addit. ad Guid. Pap. in ſuis deciſ. q. 617. & a Pari. de Put. in tract. de duell. lib. 6. cap. 6. vt refert idem Socin. iun. in conſ. 123. nu. 14. & Illuſtriſs. Tuſch. in cit. concluſ. 805. num. 10. & concluſ. 806. num. 6.

Non etiam ob cauſam permiſſam a diſpoſitione Federici in c. ſi quis hominem, iunct. ibi tradit. a Bald. de Pac. tenen. atq; ſic ante has Bullas latas dixerat Hoſt. in Sum. in tit. de cler. pug. in duell. §. an ſit auferendum, verſ. licet tamen.

Non etiam ob maximam cauſam de licentia ſuperioris, vti tenet Gl. in verb. Perduellionis in §. interdū autem. inſtit. tit. de hæredit. quæ ab inteſtat. defer. quam Gloſſ. ſequitur Bald. in l. ex hoc iure. n. 7. ff. de iuſt. & iur. & Iaſ. ibid. nu. 31. & Mar. Soc. Iun. in conſ. 122. nu. 6. cum ſeq. & in conſ. 123. nu. 12. vol. 2. & Dec. in cōſil. 487. nu. 3. in 4. p. & in conſ. 686. n. 7. vol. 5. niſi hoc intelligatur, vbi eſſet permiſſum a Romano Pont. ſecundum tradita infra hoc c. 3. §. 3.

Non etiam, ſi ſeruaretur alias cōſuetudo, vt inter milites poſſit duellum cōmitti, quicquid dicat Paris de Put. quem refert Socin. iun. in cōſil. 122. nu. 6. & in conſ. 82. num. 54. vol. 3. & ſuper qua ſe fundat idē Socin. iun. in cit. conſ. 122. nu. 8. verſ. Quia tamen. & idem tenet Cur. iun. in conſ. 173. num. 2. vol. 2. & Dec. in conſ. 686. nu. 5. Non igitur per hoc admitti debet tum ob dicta hic, tū ob dicenda infra hoc cap. & §. n. 9. & ſeq. & cap. 5. §. 1. nu. 9. verſ. Decimoquarto. cum multis ſeq.

Non etiam, eſto concurrant illa aut quatuor, aut quinque, de quibus per Socin. eod. conſ. 122. n. 9. & conſil. 123. nu. 10. & ſeq. & nu. 15. & per Guid. Pap. in ſuis deciſ. in cit. q. 617. vbi refert quoddam reſcriptum ſuper hoc latū a Chriſtianiſſimo Philippo Francorum Rege, & a Iaſo. in conſ. 144. nu. 12. licet id non teneat ipſemet, & de quib. etiam mentionem facit Illuſtriſs. Tuſch. in cit. concluſ. 805. n. 20.

Non etiam cauſa permiſſa a l. qua actione. §. ſi quis in colluctatione. ff. ad leg. Aquil. vt ait Io. de Plat. in l. 1. C. de glad. lib. 11. & alij multi, qui de communi teſtantur, quos refert, ac ſequitur Iaſ. in cit. conſil. 144. nu. 21. verſ. Nam cum gladiatores, & facit etiam quia ille §. ſi qs in colluctatione. corrigitur per cit. l. 1. C. de glad. vt alias ēt dixi c. 1. §. 1. n. 7. verſ. qđ deniq; ibi, vnde ceſſat.

Hinc licet vſus approbauerit (qui iam ſublatus eſt, vt videbimus intra hac ead. regula. nu. 9. & ſeq.) duella permitti gratia expurgationis, prout vbiq; affirmant tractantes hanc materiã, vti tenẽt Cephal. poſt Bal. & Pariſ. quos refert Ioſeph Ludou. in deciſ. Lucenſ. deciſ. 11. n. 8. hodie tamen hoc non procedit ob dicta, atq; ſic aſſerit idem Ioſeph Ludou. eod. n. 9. ibi, hodie tamen.

Hinc etiam non eſt inueſtigandum, quodnam ſit legitimum duellum, de qua re late Illuſtriſs. Tuſch. cit. cõcl. 806. n. 1. cum quatuor ſeq.

Verum incidunt ne in pœnas ſupradictas Domini tẽporales ſi permittant duellum fieri ad tollẽdum maius malum? Hoc expediam infra hoc cap. §. 2.

Nono locum habet, eſto ad id haberent priuilegium, vel adeſſet ſuper hac conceſſione praua conſuetudo immemorabilis; ceſſant. n. hodie & priuilegium, & conſuetudo. Primo, quia ſic de conſuetudine expreſſe habetur in c. 2. de cler. pugn. in duell. & ibi not. Abb. & facit tit. de purg. vulg. iunct. ca. 1. de torneamen. Id quod adeo verum eſt, vt nec priuilegium ſuper hoc valeat, eſto priuilegium eſſet ab Apoſtolica ſede indultum, quo interdici, ſuſpẽdi, vel excommunicari nõ poſſit per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem, vt patet ex cit. Bulla Iulij II. in verſ. Non obſtantibus, & ex cit. Bulla Leonis X. in verſ. non obſtantib. & ex cit. Bulla Clemẽ. VII. ibi, non obſtantibus conſtitutionib. & ex decret. Concil. Trid. ibi nõ obſtante. Tum quod verba illa genera-
7 lia ſunt, † & ob id debent intelligi, argu. l. 1. §. & generaliter. ff. de leg. præſtan. de qua clauſula non obſtantibus, late tradit Felin. in c. nonnulli. de reſcript. nu. 19. cum multis ſeq. & præcipue in re noſtra n. 26. iunct. Addit. ad eum in verb. Priuilegijs in corpore iuris clauſis. Tum quod illa
8 eſt clauſula † in fine capitis poſita, ac vltimo loco, & ob id debet determinare omnia præcedentia, arg. c. ſecũdo requiris. iunct. ibi not. de appell. tradit Bart. in l. centurio. ff. de vulg. & pupil. per tex. in l. mulieri, & Titio. ff. de cond. & demonſt. quem ſequitur Iaſ. in cit. l. Centurio. n. 41.
9 Secundo altera lex † eſt conſuetudo. arg. l. de quib. §. diuturna. cum multis ſeq. ff. de leg. & §. ex non ſcripto, & ibi ſcribentes, inſtitut. tit. de
10 iur. nat. gent. & ciuil. † lex autem iuſta, & æqua eſſe debet. c. erit autem lex, diſtin. 4. At cõſuetudo hæc eſſet iniquiſſima ob dicta ſupra cap. 1. in principio, ob eam rẽ vti odioſa omnino eſt reſpuenda. Hinc etiam tollitur, quod dictum eſt ſupra de conſuetudine militum: & quod dixit etiam Bald. in l. hi penes. C. de poſtul. quem refert Iaſ. in l. ex hoc iure. num. 35. in fin. ff. de iuſt. & iur. qui dicit illud eſſe duellum licitum, quod a conſuetudine generali permittitur.

Tertio, quia eſſet hæc conſuetudo contra eccl. diſciplinam, quæ nõ vult vt Deus tentetur, quod fit in duello, vt vidimus ſupra capit. 1. in principio. num. 10. non vult etiam, vt homicidia fiant, ergo non valet, vt not. Innoc. in capitul. fin. de conſuetud.

Poſtre-

Digitized by Google

Poſtremo ſic inquiũt Hoſt.in ſum. in tit.de cler.pugn.in duell. §.an ſit auferendum.verſ. Nec excuſat conſuetudo,& Goffred.in ſum. eod.tit. n.3.& Ioan. de Friburg. in ſum. lib. 2.in tit.de duell.q.3.verſ.ſed nec illam admitto, & Viuius in ſua Sylu. commun.opin.in opin.231.num.3. Et quod non valeat,nec ſeruari debeat huiuſmodi conſuetudo tenet Dec.in conſ. 487. in principio, vbi multorum ſententias, & auctoritates refert,& in conſ.686.num.2.vbi ait tollendam eſſe conſuetudinem Franciç, vt etiam inquit Specul. per eum ibi allegat. quem Dec.ſequitur Ioſeph Ludou. in cit. deciſ. Lucenſ. deciſ.11.num.6.& Oldrad. in conſ. 191.num.2.& quod inuitat ad delicta, ſcil. ad arma, & ad rixam contra l.ſi auus. §.inter duos. ff. de vſufruct.& l.conuenire. ff. de pact.dot. & c. quemadmodum, de iureiur. & c.pen.de conſuetud. & Curt. Iunior in conſ.173.n.1. & faciunt late tradita a Iaſ.in cit.conſ. 144. nu. 23.& ſeq.& ab Illuſtriſs.Tuſch.in cit.concluſ.805.nu.5.& nu.26. vbi de com muni teſtatur, & nu. 33. Idem tenet Mar.Socin.Iun.in cit.conſ. 122. nu. 4.& in conſ.123.n.3. in fi. & nu.ſeq. vol. 2.& hoc quia duella ſunt prohibita ratione peccati, & expreſse sũt prohibita, vt diximus, & conſuetudo,& priuilegium, vnde ex tali prohibitione conſuetudo ſuperueniens contraria non valet auth.nauigia. iunct.not.ibi a DD.C.de furt.faciũt tradita p Bal.& alios in l.nõ dubiũ. C.de leg.& ẽt per Pet. de Ancha. in c.Henricus no.2.de cler.pug.ĩ duel. qui ait duellũ,cũ ſit a iure improbatũ,nõ poſſe cõſuetudine fieri licitũ.

11 Et quamuis† conſuetudo excuſet a pœna temporali, licet adſit prohibitio ſuper hoc, quæ conſuetudo potius dicitur corruptela, vt tradit Gloſ.in c.venerabilis.de conſuetud. quam ſequitur, ac ſingularem illam dicit Roman. ſing. 19. & Cęſar Orſellius in Addit.Afflict. in deciſ.91. & Gloſſ.in c. 2. in verb. Antiqua. de tempor. ordin. tradunt DD. multi quos recenſet, ac ſequitur Menoch. de Arbitrar.iud.lib. 2. Cent. 4. caſ. vlt.num.9.& nu.11. quamuis inquã conſuetudo excuſet a pœna temporali,non tamen excuſat quoad ęternam, quam nemo effugere poteſt

12 prætextu illius corruptelæ,† immo per illam grauatur peccatũ, vt probat,& firmat Diſcipulus in Sermon. 30.incip. Sinite eam creſcere. in lit-

13 tera E; † diuturnitas enim non minuit peccatum, ſed auget,c.non ſatis, & ca. cum in Eccleſiæ.de ſimon. tum ob dictas Bullas, ac decretum: tum etiam quia Romanus Pont. reprobat tales conſuetudines tanquam temerarias, ergo nihil operãtur.capit.1. de conſ.libr. 6. vbi tanquam illicitum a Canone improbatum non poieſt fieri licitum, & impunibile.

Conſuetudo igitur quæuis, ſtatutum etiam, ac priuilegium non valent quæcunque ſint, quę alias ante has Bullas obſeruabantur,& ſic tollitur omnino, quod dixit Cephal. in conſ. 57. num. 1. cum duob.ſeq. quatenus vult ex conſuetudine generali licitum eſſe duellum; & etiam quod inquit. nu. 41. vbi ait admitti duellum ex conſuetudine inter habiles, non autem inter indignos, quem ſequitur addit. ad Iaſ. in cit.

conſ.

Digitized by Google

conſil. 144. in verb. quod duellum. Non valet ét conſuetudo, quę eſt in Vngaria, qua duellum admittitur ſecundum Signorolum in conſil. 96. relat. ab Illuſtriſs. Tuſch. in cit. concluſ. 805. num. 6. Et quamuis Curt. iun. in cit. conſil. 173. num. 7. dicat non tolli futuram conſuetudinem, illius dictum intelligas ſecundum declarationem d. Illuſtriſs. in cit. cõcluſ. nu. 28. vt ſcil. procedat, vbi non eſſet conſuetudo nutritiua peccati, & contra præceptum, vti eſt conſuetudo de duello committendo.

Decimo locum habet regula ſupra tradita, non ſolum ſi permittant duellum publicum fieri, verum etiã ſi priuatum ex condicto concedãt, quod quale intelligatur dixi infra cap. 5. §. 1. n. 1. verſ. tertio locum habet. vt de publico habetur in cit. Bulla Iulij II. ac in alijs conſtitutionib. & in cit. decreto Concil. Trid. & de priuato dicitur in cit. Bulla Gregor. XIII. qua confirmantur omnes pœnę impoſitę a Concilio Trident. permittentibus duellum publicum, & illis puniuntur, vbi permittant fieri duellum priuatum; poſteaquam .n. dixit in pęnas a Concilio impoſitas incidere eos, qui duellum priuatum committunt, addit, volentes locorum Dominos, ſi certamen ex cõdicto huiuſmodi permiſerint, aut quantum in ſe fuerit, non prohibuerint, &cæt. eiſdem cenſuris, & pœnis ſubiacere. Hæc ibi Rom. Põt. ex quibus manifeſto conſtat eiſdem ſupra dictis pœnis puniri ſi cõcedant duellum priuatum ex condicto fieri. Idẽ etiam probatur tã de publico, quã de priuato in cit. Bulla Clem. VIII. in cit. verſ. Et non ſolum

Vndecimo locum habet, vt in has ſupradictas pœnas incidant, non ſolum ſi ipſi aſſignent locum, & campum, vel concedant, ſeu tradãt, ſed etiam ſi faciant, vel permittant ab alijs aſſignari, aut cõcedi, ita de publico duello diſpoſuit Iulius II. in cit. ſua Bulla ibi locum, ſeu campũ.

Duodecimo locum habet, vt non poſſint ſpectaculi cauſa, nec ad oſtẽtationem virium, vt appareant viri fortes, vbi adeſt periculum mortis, nec etiam excuſarentur ſi eſſet tempus belli, arg. eorum tum, quæ dixit Caiet. 2. 2. q. 95. art. 8. in reſp. ad tertium verſ. Errant autem in hoc; tum etiam eorum, quæ dixi ſupra cap. 1. in principio n. 21. verſ. ſecunda, quę eſt & hic etiam ſupra.

Decimotertio locum habet ſi permiſerint ſcripta fieri quęcunq; ex quib. oritur occaſio prouocandi aliquem ad pugnam, & multo magis ſi ſunt libelli prouocantes ad ſingulare certamen ob text. in cit. Bulla Clem. VIII. in verſ. Præterea pari ratione cum ſeq.

Decimoquarto locum habet, eſto non permiſerint, ac cõceſſerint huiuſmodi duellum, vel publicum, vel priuatum fieri, ſed etiam, vbi non prohibuerunt quantum in ipſis eſt, ne fiat, ita dicit in cit. Bulla Grego. XIII. in cit. verſic. volentes, ibi, aut quantum in ſe fuerit, non prohibuerint, & in cit. Bulla Clem. VIII. in cit. verſ. Et non ſolum, ibi, vel quantum in ipſis eſt non prohibentes: quæ verba generalia ſunt & amplectuntur omnes ibi enumeratos, ſi nõ prohibeant quantum in ipſis eſt, ne fiat duellum; Hinc & Duces, & Capitanei militum etiam compræhendun-

henduntur, vt videbimus; nam verba vltimo loco poſita debent determinare præcedẽtia capitula, & qualitas poſita in fine debet terminare præcedentia. arg. c. ſecundo quæris, iunct. ibi not. de appell. & ſic inquit Iaſ. ex doctrina Bart. in l. Centurio. n. 41. ff. de vulg. & pupil. & alias dixi ſupra hic. n. 8. Quare, vbi aliquo modo ſciunt duellũ fieri, ſi non prohibent vel per publicam eorum familiã, vel alio quouis modo ne fiat, his ſupradictis pœnis puniuntur;
14 † qui. n. poteſt prohibere, & nõ prohibet, fauere dicit. arg. c. quãtę. de ſent. excom. Prohibent autem, vbi directe impediunt, aut verbis iubendo, ne duellum fiat, aut factis detinendo.

Decimoquinto locum habet, vt ſupradictis pœnis puniantur non ſolum ſi duellum fiat in ea Ciuitate, & loco, in quo ipſi habitant, ac ſunt, verum etiam in omnibus locis eorum dominij, ſi permiſerunt ibi fieri, aut non prohibuerunt quantum in ipſis erat, ita expreſse habetur in verbis cit. Bullæ Grego. XIII. ibi aut quantum in ſe.

Decimoſexto locum habet, vt nõ poſſint neq; expreſse, neq; tacito ꝑmittere huiuſmodi duellum aut publicum, aut priuatum, eſto pugnaturi qui acceſſerunt ad locum, impediti poſtea fuerint, ne pugnam committere poſſint, tum ob ea, quæ diximus infra cap. 9. et ob id eſto poſtea duellum non ſequatur, incidunt in ſupradictas pęnas; tum etiam, qa id habetur in cit. Bulla Greg. XIII. in verſ. Etiam ſi illi, qui ad locũ deſtinatum, &cæt. quę verba ſunt poſita in fin. illius verſ. & ob id ad antecedentia referuntur. arg. cit. c. ſecundo requiris, & ibi DD. not. de appel. & l. talis ſcriptura. in fin. ff. de leg. 1. Habetur id quoq; in cit. Bulla Cle. VIII. in verſ. Etiamſi. neque pugna aliqua, &cæ. atq; ſic etiam ſenſit D. meus Vgol. in tract. de off. & poteſt. Epiſ. p. 1. cap. 8. §. 2. n. 5. verſ. Hę penę locum habent. Id quod procedit circa omnes, qui prohibere tenentur, ac etiam, qui puniuntur per has Bullas, vt videbimus.

Decimoſeptimo locum habet, vt in ſupradictas pœnas incidant non ſolum ſi permittant duellum fieri in vno caſu, verum etiam & in omnib. prohibitis tam a cit. Bulla Clemen. VIII. quam ab alijs conſtitutionib. Summorum Pontificum, ita dicitur in ead. Bulla Clem. VIII. in cit. verſ. Et non ſolum, ibi, in quocunq; caſu.

Decimooctauo ampliatur, vt in ſupradictas pœnas incidant non ſolum vbi permittunt duellum fieri, vel non impediunt quantum in ipſis eſt ne fiat, verum etiam, vbi duellum eſt cõmiſſum tũc id ipſis ignorantibus, ſed poſteaquam id ſcierint, non puniunt eos, ita dicitur in cit. verſ. Et nõ ſolum, ibi aut poſt admiſſum. Tenentur igitur Domini tẽporales punire eos, qui duellum cõmiſerunt, vbi ſciunt illud commiſſum eſſe, alias ſi impunitatem illud committentibus concedant, ſupradictis pœnis puniuntur. Id quod ꝓcedit etiam in Ducibus, & Capitaneis militum, vt videbimus. Quæ autem pœna ſit ipſis imponenda, dicã infra in fine huius §.

Decimonono locum habet, non ſolum ſi permittant ſingulare certamen, vt ſcil. duo tantũ committant duel-

duellum, verum etiam ſi plures ex vna, & plures ex altera parte illud ineant, eſt. n. prohibitum, vt infra videbimus cap. 5. §. 1. n. 14. verſ. Poſtremo; & faciunt tradita ab Illuſtriſs. Tuſch. in cit. concl. 805. n. 16. ibi. ſiue ſit ſingulare.

Poſtremo locum habet, vt non ſolum puniātur Domini temporales, qui dicuntur, ac ſunt Domini abſoluti in omnibus caſibus ſupradictis, verum etiam alij Magiſtratus, Pręſides, & locum tenentes in illis omnibus puniuntur, ſi in illis permittāt & ipſi duellum, vel non prohibeant quantum in ipſis eſt, ne illud fiat tā publicum, quam priuatum, ita dicitur in cit. Bulla Clemē. VIII. in cit. verſ. Et non ſolum locorum Dominos, ſed etiā Magiſtratus, Pręſides, locumtenentes, & cęt. ille. n. verſ. eſt generalis, & communis omnib. ibi
15 enumeratis; † connexorum enim idem debet eſſe iudicium, & eadem iuris diſpoſitio. ca. tranſlato de conſtit. & l. quę religioſis. ff. de rei vend.

Excipitur tamen primo, vbi nullo modo ſcierūt duellum commiſſum fuiſſe, nec illud permiſerunt ullo modo; nam in cit. Bullis habetur eos puniri, vbi ſcierunt duellum fieri, ac illud ſcienter permiſerunt, ergo ſe-
16 cus vbi hoc ignorarunt omnino; † incluſio enim vnius alterius excluſio eſt. argum. cap. nonne. de præſump. & l. cum prætor. ff. de iudic. Hinc legentes libros hæreticorum ignorantes eſſe tales, non incidunt in pœnā Bullę Cœnę Domini, vt inquit Rebuff. in Prax. Benef. in explicatione Bullę Cœnę Domini art. 1. in verb. legentes, & D. meus Vgol. in tractatu de Bulla Cœnę Domini p. 2. ca. 1. verſ. ac eorundem libros. §. 1.

Secundo excipitur, vbi nullo modo permiſerunt, ac poſtquam ſcierunt duellum cōmiſſum fuiſſe, duellantes digna pœna affecerunt, ita colligitur ex cit. Bulla Clem. VIII. in cit. verſ. Et non ſolu. m argumen-
17 to ſumpto a contrario ſenſu, † quod in iure noſtro validiſſimum eſt. l. 1. & ibi, DD. omnes not. ff. de off. eius.

Tertio excipitur, vbi ſcierunt fieri duellum, ac quātum in ipſis fuit, illud impedierunt. arg. cit. verſic. Et non ſolum.

Poſtremo excipitur, vbi permiſerunt fieri ludos, ac torneamenta iuſta, & amicabilia, quæ duella etiam dici poſſunt, ſed nullum adeſt periculum mortis; tunc enim non puniūtur, nec peccant mortifere, atq; ſic tenet Marc. Scarſel. in Sum. inſcrip. Giardino de Summiſti. p. 1. ca. 232. nu. 1. quamuis dubius, ego autem ſine dubio id teneo, ob ea, quæ tradit Sylueſt. in verb. duellum. nu. 2. verſ. vnde ſi ſit mortale, & faciunt tradita infra cap. 5. §. 8. & in hoc caſu locum habere poteſt ſententia Gloſſ. ac DD. quos retuli ſupra cap. 1. n. 21. verſ. ſecūda, ibi. Et ſi igitur.

18 Qua vero pœna † puniri debent a Dominis temporalibus duellum committentes, id quod declarandum promiſeram ſupra? Videbatur dicendum arbitraria pœna puniendos eſſe. arg. l. 1. ff. de iur. delib. quia
19 † vbi in iure non reperitur quid cautum, ſtatur iudicis arbitrio. arg. l. 1. ff. de iur. delib.

Contrarium tamen teneo, vt nō arbitraria, ſed ordinaria pœna puniendi ſint, & hoc, quia a ſupradictis Bullis eſt impoſita, vt videbimus

Digitized by Google

mus infra cap. 5. in principio, ergo illa mulctari debent, & ob id eſt ordinaria, & non arbitraria. Vnde cõtrarium ceſſat, cum iure id cautum ſit, vt dictum eſt.

Verum quid iuris, poteſt ne Romanus Pont. & ipſe duellum permittere? Hoc expediam infra hoc capit. §. 3.

S V M M A.

1 *Domini temporales, an poſſint permittere duellum ad tollendum maius malum, & ob id euadant pœnas propoſitas ipſis.*

§. II.

In ſuperiori §. duæ propoſitæ fuerunt queſtiones explicande,
1 quarum prima hæc eſt, † an domini temporales incidant in pęnas ipſis propoſitas, quas vidimus ſupra hoc cap. in principio, ſi permittant duellum fieri ad tollendũ maius malũ? In hac q. Caiet. 2.2.q.95. art. 8. in reſp. ad tertium poſt Nicol. de Lyr. lib. 1. Reg. cap. 17. vbi agit de pręlio Dauidis cũ Golia in verb. Audita, in verſ. Ideo abſq;, ibi ſi iudex, quos etiam refert, ac ſequitur Greg. de Valent. Tom. 3. diſput. 3. q. 17. De rixa Punct. 1. in fi. tenẽt poſſe, & hoc ob eam rationem, quia hi domini non cõcedunt, ſed illud permittunt, & tacito argumentantur, quia multa non conceduntur, quæ permittuntur, & illi, qui habet curã alicuius Communitatis, licitum eſt minora mala permittere ad euitandum maiora, ſicuti permittuntur meretrices in Ciuitatib. ne omnia impleantur, ac turbentur libidinib. ita Nicol. de Lyr. ibid.

Contrarium tamen ego teneo, quia Bullę non ſolum prohibent cõceſſionem, ſed etiam permiſſionem duelli, vt colligi poteſt ex omni eo, quod in præcedenti §. habemus. Cũ igitur eorum ratio tollatur, & opinio ceſſare debet; quoad rem noſtrã .n. nulla eſt differentia inter concedere, & permittere, vt patet ex verbis Bullarum poſitis ſupra hoc capitul. 1. §. 2. & pro hac ſententia faciunt tradita ſupra hoc capit. §. 1. num. 6. verſ. Octauo, vbi concluſum fuit, nulla ex cauſa etiam a legibus permiſſa concedi, nec permitti poſſe. Qualiter autẽ intelligatur illud dictum permitti minora mala ad tollenda maiora, dixi infra cap. 5. §. 3. in fine ibi. Quid igitur concludendum? Sed de hac quæſtione ſatis, iam alteram aggrediamur.

S V M M A.

1 *Romanus Pont. an duellum permittere poſſit.*
2 *Romanus Pontifex non poteſt diſpenſare contra ius diuinum, & naturale.*
3 *Decalogi leges ſunt iuris diuini, & naturalis.*
4 *Romanus Pontifex præeſt iuri poſitiuo.*
5 *Romanus Pontifex legem ſuam tollere poteſt, ſicuti etiam illam ſui anteceſſoris.*
6 *Par virtus ligandi, atque ſoluendi eſt.*
7 *Tollere eius eſt, cuius eſt ponere.*

Digitized by Google

§. III.

1 Altera quæſtio propoſita explicanda hæc eſt† An Romanus Pōtifex poſſit permittere duellum. Videbatur igitur dicendum nō poſſe, quia, vt vidimus, duellum prohibitum eſt iure diuino, ac naturali:
2 at † contra ius diuinum, & naturale Romanus Pontifex non poteſt diſpenſare, vt dixit Felin. in ca. quæ in Eccleſiarum. n. 30. verſ. Cęterum limitatur, ibi, ſed crediderim, & in verſ. Et pro pdictis adduci poſſunt de conſtit. ergo. Præterea contra decalogum faceret, in præcepto quinto de non occidendo, adiuuat enim homicidium, quia vterque duellans procurat mortem alterius, quæ pro-
3 hibita ſunt per decalogum, † cuius leges iuris naturalis, & diuini ſunt, vt dixit S. Thom. p. 2. q. 100. art. 1. in Reſp. verſ. quædam enim ſunt, quæ ſtatim, ergo videtur Romanum Pōtificem illud concedere non poſſe.

Contraria ſententia tamen verior videtur, vt ſcilicet poſſit, quod probatur ex Bullis nonnullis duellum prohibentib. poſitis ſupra c. 1. §. 2. ibi enim dr. Non obſtantib. priuilegijs, immunitatib. exceptionib. cęteriſq; contrarijs, vti inter alias habetur in Bulla Grego. XIII. at patet alias priuilegia conceſſa eſſe, cū velint ſi fuerint conceſſa, non obſtare, ergo & iterum permittere poteſt.

Quid igitur concludendum? Ego ſic diſtinguendum cenſeo. Aut quęrimus an Romanus Pont. concedere poſſit aliquibus, vt duellum committant, & non incidant in excommunicationem, & alias pœnas, & in hoc caſu ſine dubio id poſſe teneo;
4 † quia Romanus Pōtifex præeſt iuri poſitiuo, arg. c. propoſuit. de conceſſ.
5 præben. † & anteceſſoris legem etiā tollere poteſt, ſicut & ſuam, arg. c. innotuit. de elect. et l. qui cōdemnare. ff. de re iud. & eorum, quæ dixit Glo. Mag. in c. cum inferior. de maior. &
6 obed. & in c. inferior diſt. 21. † par enim virtus ligandi, atq; ſoluendi eſt, c. verbum de pœnit. diſt. 1. at hæ pœnę a iure poſitiuo latę ſunt, ergo ab eis Romanus Pont. liberare po-
7 teſt; nam eius † eſt tollere, cuius eſt ponere. arg. c. cum maior, iunct. Gl. de maior. & obed. & Gloſſ. in cap. ſi maior diſt. 21. & facit cit. c. propoſuit. de conceſſ. præben. & in hoc ſecunda opinio procedit.

Aut quærimus, an poſſit eximere duellantes a culpa peccati mortiferi, & tunc teneo non poſſe illud permittere ob rationes, quas vidimus in prima opinione.

Exciperem tamen & in hoc ſecū do caſu, vbi concederet duellum ob maximam cauſam, ſicuti eſſet illa, de qua infra c. 5. §. 3. atq; ſecundum hanc diſtinctionem iunct. hac exceptione intelligo illud, quod legitur de Martino Summo Pōtifice, qui de conſenſu omnium Cardinalium permiſit, vt Carolus Adegauenſis, & Petrus Taraconenſis duellum committerent, eo quod de inſula Sicilię diu bellum geſſiſſent, & pacti erant inter ſe victum teneri cedere vincitori inſulam illam, vti inquit Alcia. in tract. de duel. quem refert Ioſeph Ludouic. in deciſ. Lucenſ. deciſ. 11. nu. 9. & alias legi apud Bernard. Mirand. id conceſſum fuiſſe ab alio Sūmo Pont. Et de quæſtione hac ſatis; iam de Ducibus, ac Capitaneis militum agamus.

De

Digitized by Google

De ijs, qui puniuntur per Bullas, ac alia iura duellum prohibentia habito reſpectu ad Duces, & Capitaneos militum.

Cap. 4.

S. V M M A.

1 *Duces, & Capitanei militum quibus pęnis puniantur, vbi permittunt ſuos milites duellum committere.*

Secundo loco eſt agendũ de Ducibus, ac Capitaneis militum: ideo instituto noſtro ſeruato videamus prius quibus pœnis afficiantur, poſtea quando illis puniantur.

1 Duces ergo † ac Capitanei militũ permittentes ſuos milites duellum committere in caſibus infra dicendis hoc cap. §. 1. puniuntur eiſdem pœnis, quibus domini temporales, & hoc ob eam rationem, quia ſub eadẽ clauſula, ac conſtructione verborum comprehenduntur in Bullis ſupra poſitis cap. 1. §. 2. vt eſt videre in Bulla Leonis X. in verſ. Duces, Barones, ibi Armiorum Capitanei, & in Bulla Pij IV. quæ excomunicat omnes, quos concernunt Bulla Iulij II. Leonis X. ac Clem. VII. in verſ. Nos, quorum, ibi & ſingulos, quos: at ſupradicti puniuntur a Leone X. ergo. Præterea id expreſſe ait in verſ. Illorumq; in temporalibus Dominos, ac etiam militum tam equeſtrium, quam pedeſtrium Capitaneos, & Pręfectos, & cęt. vbi apparet coniunctim ibi eos puniri. Idem etiam habetur in Bulla Clemen. VIII. in verſ. Et non ſolum locorũ dominos, vbi Romanus Pontif. coniunctim punit Dominos temporales, & Duces, & Capitaneos militum iiſdem pœnis, decreto, ac conſtitutionib. hoc eſt iiſdem pœnis, quę in ſua Bulla, ac in alijs cõſtitutionibus, & decreto enumerãtur, ergo oĩbus obligãtur, modo pœnę illis poſſint adaptari, & in ipſos poſſint locum habere, ne in abſurdũ incidamus; cõnexorum enim idem debet eſſe iudicium, & de ipſis eadem eſt iuris diſpoſitio. c. trãſlato. de conſtit. & l. quæ religioſis. ff. de rei vendit. & l. re coniuncti. ff. de leg. 3. Quare mortifere peccant, ipſo facto ſunt excommunicati, interdicti, infames, diffidati, incidunt in crimen læſæ maieſtatis: vt ſeditioſi, rebelleſq; puniuntur: priuantur officijs; inhabiles ſunt ad ea habẽda: carceribus mancipantur: puniũturque pœna quatuor millium ducatorum ob ea, quæ ſupra diximus de dominis temporalibus. Sed iam videamus quando in has pœnas incidant: id quod in ſeq. faciam.

S V M M A.

1 *Duces, ac Capitanei militum permittentes ſuos milites duellum committere à Bullis puniuntur; quæ regula, quouſque pateat declaratur.*

§. I.

§. Quibus pęnis puniantur Duces, ac Capitanei militum duellum permittẽtes vidimus ſupra hoc cap. in principio, modo explicemus quando in illas incidunt.
1 † Illis ergo pœnis obligantur, vbi permittũt ſuos milites duellum committere in ſuis caſtris, ita colligitur ex Bullis Ro-

Romanorum Pontificum quib. duellum prohibetur, quę poſitę ſunt ſupra cap. 1. §. 2. vt eſt in Bulla Pij IV. verſ. Ac omnes conceſſiones, ibi. Ac etiam militum, & apertius in Bulla Clem. VIII. in verſ. Et non ſolum locorum Dominos, ibi, aut etiam militum Duces, quaſi ibi dicat Romanus Pontifex, non ſolum puniuntur illis pœnis domini temporales, ſed & Duces, ac Capitanei militum. Vbi ergo permittunt ſuos milites duellum inire, incidunt in ſupradictas pœnas. Id quod pro regula nobis erit.

Quæ locum habet, ac ampliatur in omnibus caſibus, ac modis, quib. ampliata fuit regula ſuperior de dominis temporalib. in cap. 3. §. 1. modo ipſis Ducibus, ac Capitaneis adaptari poſſit. Quare locum habet non ſolum ſi ſint, ac permittant illud fieri in terris, ac locis mediate, vel immediate ſubiectis Romanæ eccleſiæ, verum etiam ſi extra ea loca; tum ob dicta ibi, tum etiam, quia in caſu noſtro id expreſſum eſt in cit. Bulla Clemē. VIII. in cit. verſ. Et non ſolum, ibi in alieno, vel hoſtili ſolo, vbi prohibetur duellum fieri non ſolum in ſolo S. R. E. ſed etiam in ſolo alieno, immo & in ſolo hoſtium.

Item, vel Duces, Capitanei, ac Præfecti, ſint ſubditi Romanę Eccleſiæ, vel non ſint. Item quicunque ſint; ac cuiuſcunq; ſtatus, gradus, & conditionis. Item quicunq; ſint, quibus duellum fieri permittant. Item ex quacunq; cauſa. Item vel adſit cōſuetudo, vt inter milites fiat duellum. Item vel publicum, vel priuatum ſit. Item non ſolum ſi permittant, verumetiam ſi non prohibuerint quantum in ipſis eſt, ne fiat. Item, eſto poſtea fuerint impediti milites, ne poſſint duellum committere. Item non ſolum ſi permittant in vno caſu, verum etiam & in omnibus caſibus prohibitis. Item ſi nō puniūt eos, poſtquam ſcierint ab ipſis commiſſum fuiſſe. In his ergo omnibus caſibus puniuntur, ſicuti in præcedenti regula Dominorum temporalium dictum fuit eos puniri; verba enim Bullæ ęquè eis conueniunt.

Tertio locum habet, vel ſint Duces, Capitanei, ac Præfecti militū tam pedeſtrium, quam equeſtrium; ita habetur in cit. Bulla Pij IV. in cit. verſ. Ac omnes, ibi, ac etiam militum, & in cit. Bulla Clem. VIII. in cit. verſ. ac inſuper: vbi vult Bullas Sum. Pont. ſuper hoc latas habere locum inter quaſcunq; perſonas, quod quidem propoſitum noſtrum explicabat, ſed etiam addit Armatas, quod verbum generale eſt, & cō prehendit quoſcunq; milites, ac militum Duces.

Quarto locum habet, non ſolum ſi permittant duellum fieri in ſuis caſtris, a ſuis militibus, ſed etiam ſi extra eorū caſtra, ita dicitur in cit. Bulla Clem. VIII. in cit. verſ. Et non ſolum, ibi, vel extra ea.

Poſtremo locum habet, vt ſupradictas pœnas non euadant, non ſolum ſi duellum fieri permittant a ſuis militibus inter ipſos milites, verum etiam ſi cum militibus exercitus aduerſariorum ex vna, & ab eorum militibus ex altera, ita dicitur in cit. verſ. Et non ſolum, ibi, Vel cū militibus. Quare ſi Dux, aut Capi-

taneus

Digitized by Google

ſaneus permiſerit ſuum militē duellum, ac ſingulare certamen inire cū milite exercitus ſui inimici, in has pœnas incidet, quacunque cauſa id fiat, ad tradita per Caiet. 2. 2. q. 95. artic. 8. in reſp. ad tertium, verſ. Errant autem, ibi, nec excuſat eos tempus belli. Hinc ceſſat illud, de quo quærunt Nauar. in Man. capit. 15. num. 28. & Petrus Nauar. de reſtitut. capit. 3. lib. 2. num. 295. cum ſequen. quatenus quærunt, an liceat militibus tempore belli acceptare ſingularia certamina vnius contra vnum, duorum contra duos, & decem contra decem. Multo magis etiam ceſſat in re noſtra diſputatio, quæ fit ab Ant. Bernardin. Mirand. in ſuis euerſion. ſingul. certam. lib. 2. ſect. 6. an ſcilicet fieri poſſit inter milites vnius, & alterius exercitus: id quod tenebat etiam ſuus aduerſarius, vt ibi oſtendit, & etiam ſectio. 14. in principio. Regula igitur hæc his modis ampliatur.

Limitatur vero in omnibus caſibus, in quibus ſuperior regula limitata fuit quoad Dominos temporales capit. 3. §. 1. Quare vbi nullo modo permiſerunt: vbi nullo modo ſcierunt id: vbi impedierunt quantum in ipſis erat: vbi punierunt milites, qui duellum commiſerunt, poſtquam ſcierunt duellum commiſſum fuiſſe; in his omnibus caſibus pœnas euadunt. Sed iam de duellum committentibus agamus.

De ijs, qui puniuntur per Bullas, ac alia iura duellum prohibentia, habito reſpectu ad eos, qui duellum committunt.

Cap. 5.

SVMMA.

1 *Committentes duellum mortifere peccant.*
2 *Diſpoſitum in vno ex correlatiuis habet locum & in alio.*
3 *Infamare ſeipſum nemo debet.*
4 *Crudelis dicitur, qui ſuam famam negligit.*
5 *Honoris timor non minor videtur, quā mortis.*
6 *Honor vtilitati prȩponi debet.*
7 *Mala quælibet debet potius quis tolerare, quam malo conſentire.*
8 *Prȩceptorum transgreſſor non dicitur, qui aliquid facit Deo auctore.*
9 *Exemplis non eſt iudicandum.*
10 *Priuilegia paucorum non faciunt communem legem.*
11 *Neceſſitas extrema iuri non eſt ſubiecta.*
12 *Committentes duellum ſunt excommunicati. Item.*
13 *Bona eorum venalia exponuntur. Item.*
14 *Infames perpetuo ſunt. Item.*
15 *Vt homicidæ puniuntur.*
16 *Homicidȩ qualiter puniantur.*
17 *Homicida fit infamis.*
18 *Homicida in teſtem recipi non poteſt ſine tortura.*
19 *Commitentes duellum vbiq; poſſunt capi. Item.*
20 *Si in conflictu moriantur, carent ſepultura eccleſiaſtica.*
21 *Sepultura eccleſiaſtica quid ſit.*
22 *Clerici duellum committentes præter alias pœnas impoſitas duellum*

Digitized by Google

lum committentibus, deponendi ſunt. Item.

23 *Ipſo facto priuati ſunt omnibus beneficijs. Item.*

24 *Inhabiles ſunt in poſterum ad illa, & alia obtinenda. Item.*

25 *Irregularis quandoq; efficitur.*

26 *Infamia tam iuris, quam facti reddit quem irregularem.*

TErtio loco agendum eſt de ijs, qui duellum committunt: vnde & de his, ſicuti de alijs primo videbimus pęnas quibus puniuntur a Bullis, & decreto poſitis ſupra ca. 1. §. 2. ac alijs iuribus illud prohibentibus. Duellum igitur committentes incidunt in has pœnas.

1 Nam primo mortifere peccant: Tum ob ea, quæ diximus ſupra de dominis temporalibus ca. 3. in principio; tum etiam ob hanc rationem, quia eligitur percuſſio proximi, & expoſitio propriæ, ac alienæ vitæ mortis periculo abſq; ſufficiēti cauſa. Tum denique, quia ſic inquiunt DD. Supplem. in verb. duellum. n. 2. ibi peccant ergo, & Angel. in ſua ſumm. eod. verb. in principio, & Armil. eod. in principio, & Illuſtriſs. Tolet. in ſua Inſtruct. Sacerdot. lib. 5. cap. 6. n. 33. verſ. quarto, ibi, & tandem, & Cataneus Epiſcop. Chimēs. in ſua ſumm. eod. verb. verſ. duellū ſemper, ibi, in duello peccant.

Id quod procedit, vt non ſolum peccent mortifere duellum offerentes, & ſic qui prius ad duellum prouocauerit, ſed etiā & illud acceptantes: immo non ſolum hac pœna ambo puniuntur, sed & alijs pœnis infra ponendis; correlatiua. n. ſunt prouocans, & prouocatus: † diſpoſitum

2 autem in vno ex correlatiuis, & in alio locum habet, arg. l. fi. & ibi DD. omnes. C. de indict. iud. toll. & in re noſtra faciunt tradita a Supplem. in cit. verb. duellum. nu. 2. ibi Peccant ergo, & a gloſſ. in cap. 1. in verb. Oblatum. de cler. pug. in duell. cum prohibitum ſit duellum offerre, & oblatum accipere, ſicq; aperte inquit Tabien. in verb. duellum. nu. 2. verſ. Et eſt mortale.

Contra quod tamen duo facere videntur. Primum eſt, quia metus adeſt, vel adeſſe poteſt infamiæ, ac ignominiæ ex parte accipientis, ſi duellum offeratur, & illud non accipiat, ſed recuſet; reputatur enim vilis, ac degeneris animi. † at nemo de- 3
bet ſe ipſum infamare. arg. c. quam ſit graue. de exceſſ. prælat. & ca. non ſunt audiendi. 11. q. 3. vbi habetur quem mortifere peccare, qui famā ſuam negligit: id quod confirmat poſt alios S. Antonin. in 3. p. tit. 8. c. 1. §. 1. verſic. Primo modo, & ſenſit Caiet. 2. 2. q. 73. artic. 2. & Nauar. in ca. quis aliquando. §. non tibi dico. nun. 11. de pœnit. diſt. 1. vbi ait ex DD. ſententia hoc procedere etiam ſi metu tormētorum ſe quis infamaret, ergo. † Item dicitur crudelis, qui 4
ſuam famam negligit. c. nolo. 12. q. 1. Bald. de pac. tenen. quem refert, ac ſequitur Dec. in conſ. 686. nu. 8. & nō minor videtur timor honoris, 5
& infamiæ, quam mortis. l. iſti quidem. ff. quod met. cauſ. & † honor 6
vtilitati præponi debet. l. Iulianus. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſt. tradit Cur. Iun. in conſ. 173. n. 4. & ſeq. vol. 2.

Alterum eſt, quia & Dauid cum Golia ſingulare certamen exercuit, vt habetur lib. 1. Reg. capit. 17. qui

Digitized by Google

David ſpeciatim non fuit prouocatus immo ad duellum voluntarie iuit, vt patet ex text. ibi, Ego ſeruus tuus vadam, nuſquam autem inuenitur hoc illi imputatum fuiſſe in peccatum, nec ex hoc reprehẽditur in ſcriptura, ſed magis commendatur, vt ibid. inquit Nicol. de Lyr. n. 1. in verb. Audita, ergo neque duellum acceptans peccatum debet cõmittere, nec illi hoc dẽt imputari.

Atqui non eſt recedendum a concluſione ſupra poſita. nec illa duo in contrarium adducta vllo modo obſtant. Non primum; negatur enim ibi infamiã adeſſe, quia, ex quo eſt prohibitum a iure non poteſt dici inde infamiam vllo modo oriri. Sed potius infames ſunt, vt videbimus, ſi duellum committant; tam enim prouocans, quam duellum acceptãs infamiam non euitant, atq; ſic inquit Illuſtriſs. Tuſch. in ſua Pract. cõcluſ. in litera D. in concluſ. 805. nu. 33. in fin. & nu. 35. & ob id ratio honoris non eſt vera, nec bona. Immo hæc cauſa omnino eſt pernicioſa, ac ab omnibus improbata, vt vidimus ſupra cap. 1. in principio n. 21. verſ. Quarta erat. quia eſt contra rectam rationem; eligit enim vterque alterum percutere, vt inquit Caiet. 2. 2. q. 95. art. 8. in reſp. ad tertium. verſ. Tertia cauſa. quib. omnibus addas, quæ diſputat Fabius Albergatus Bononien. in ſuo tract. inſcript. *Del modo di ridurre à pace l'inimicitie priuate.* lib. 4. cap. 15. & ſeq. vbi probat duellum non conuenire homini probo, nec militi, nec equiti. Præterea, dato non tamen conceſſo, illum metũ
7 infamiæ adeſſe, † debet tamen qs potius quælibet mala tolerare, quã malo conſentire. c. ita ne. 32. q. 5. & arg. c. ſacris, de ijs, quæ vi metusve cauſ. fiunt; pręterquam quod, vt diximus, neq. etiam ob metum debet ſeipſum infamare, ergo. Poſtremo apud ſapientes, & bonos viros per hoc non amittitur honor, quia ex ſola prouocatione non irrogatur infamia, vt probat Petr. Nauar. de reſti. lib. 2. cap. 3. nu. 285. & ante eum Angel. de Peruſio conſuluit poſſe recuſari duellum abſq; infamia, & eum ſequitur Imol. in l. is, qui reus. ff. de publ. iud. & Iaſ. ac Barb. quos refert, ac ſequitur Soc. iun. in conſ. 123. n. 6. Idem inquit Dec. in conſ. 686. nu. 5. & Illuſtriſs. Tuſch. ead. concluſio. 805. nu. 35. ibi. Et recuſans, non inquam irrogatur infamia, ſed potius honor acquiritur, dum quis nõ vult temere vitam ſuam, & proximi periculo exponere, vnde tuebitur potius honorem ſuum non acceptando duellum, cum amittatur honor, vita ac anima p illud; hinc ait Bal. in l. 1. C. de dedit. lib. toll. Sępe videmus multos ſub iuſto clypeo perire. Valet igitur illa ratio de tuendo honore tantummodo apud inſipientes, & vulgus, non autem apud ſapiẽtes, cum acceptãdo duellum faciat contra legem Dei, atque ſic inquit Sayr. in Theſaur. caſ. Conſcien. inſcript. Clauis Regia cap. 13. lib. 7. n. 13. verſ. Tertia cauſa. Addo expreſſe Sot. de iuſt. & iur. lib. 5. q. 1. prope finem, ibi. Quod ſi hinc quiſpiam. tenere hanc non eſſe ſufficientem cauſam, ſed improbatam, & hoc ob eã rationem, quia nulla vis infertur, & ob id, qui in duello exit cooperatur ad iniuſtitiam, qua alter ipſum prouocauit, nec ibi vlla virtus

defen-

Digitized by Google

defenditur: vbi autem virtus nõ defenditur, nullus eſt honor, qui eſt præmium illius virtutis, & ſic non eſt dedecus: idem tenent multi alij relati, quos etiam ſequitur Petr. Nauar. eod. cap. 3. n. 232. ibi Sot. ergo, & nu. 285.

Non obſtat ſecundum, quia id factum fuiſſe Spiritus ſancti inſtinctu creditur, & non deſcendit ad ſingulare certamen ad vires ſuas oſtendendas, nec ob inanem gloriam, ſed ſpiritu Dei motus, & vt Deo obediret, eiuſq; cauſam ageret, atq; ſic tenet Gloſſ. in c. monomachiam. 2. q. 4. & in c. 1. de purg. vulg. & Nicol. de Lyr. in cit. cap. 17. lib. 1. Reg. in verb. Audita. verſ. Niſi per reuelationem de ſententia ſanctorum, ac catholicorum DD. & Caiet. 2. 2. q. 95. eod. art. 8. in reſp. ad tertium. verſ. Secũda cauſa eſt, & Tabien. in Sum. in verb. duellum. nu. 2. in fin. & Gregor. de Valen. Tom. 3. diſpu. 3. q. 17. de rixa Punct. 1. verſ. ſecundum autem, & Sayr. eod. lib. 7. cap. 13. nu. 12. ibi. Nec Dauidis factum, & nu. 13. verſ. ſecunda cauſa, & communiter DD. qui pie hac de re ſcripſerũt: quam ſententiam confirmant illa verba, quæ habentur in cit. cap. 17. ibi dicta a Dauide. Ego venio contra te in nomine Dei viuentis, & cęt. atque ſic inquit Nicol. de Lyr. ibid.
8 † at vbi Deo auctore aliquid tale eſt factum, illud perpetrantes non dicũtur trãſgreſſores pręceptorum, arg. c. ſi non licet. 27. q. 5. vbi is pro homicida non habetur, qui Deo iubente occidit. Hinc nec de furto etiam Iſraelitæ puniũtur, quod eſt graue crimen. c. dixit dominus, & ibi Glo. 14. q. 5. tradit Gloſ. in cit. c. 1. de purg. vulg. & Menoch. de Arbitrar. iud. lib. 2. cent. 4. caſ. 354. nu. 5. cum ſeq. Hinc nec Iacob. de mendacio, nec Sanſon de homicidio puniuntur. Hinc Patriarchæ quamplures excuſantur ab adulterio, & tamen legitur plures vxores habuiſſe. c. gaudemus. §. quia vero pagani, de diuor. tradit Hoſtien. in ſum. in tit. de cler. pug. in duell. in §. an ſit auferendũ, verſ. Nec excuſat, & Goſtre. in Sum. eod. tit. n. 3. verſ. ſed illud fuit.
9 † Pręterea illud Dauidis eſt exemplum, ab exemplis autem non eſt arguendum, & exemplis non eſt iudicandum, quia non quod factum, ſed qđ fieri debet, inſpiciendum eſt. c. non ſtatim, 22. q. 2. & c. nõ exemplo, 26. q. 2. & c. dixit, 22. q. 2. & c. cum cauſam, de elect. & l. licet, & l. nemo. C. de ſent. & interloc. omn. iud. tradit Abb. in c. a nobis. num. 12. de ſent. excom. Vel dicas fuiſſe priuilegiũ;
10 † priuilegia autem paucorum non faciunt communem legem. cit. cap. non exemplo; & in his, quæ de raro fiũt, miraculum quodammodo eſt. §. 1. circa medium, in Auth. de cõſ. tradit Goffred. eod. tit. de cler. pug. in duell. n. 2. & Ioã. Friburg. in ſum. lib. 2. in tit. de duell. q. 2. ibi. Item quia. Poſtremo illud ſuſcepit ad tuẽdum Dei honorem, Saul, ac totius exercitus Iſraelitici, vnde dicitur eod. cap. 17. lib. 1. Reg. n. 36. Nunc vadam, & auferam opprobrium populi, quoniam quis eſt iſte Philiſteus incircuncifus, qui auſus eſt maledicere exercitui Dei viuentis? Non ergo reprehenditur ob id Dauid, quia non fuit proprie duellator, ſed potius diuinæ iuſtitiæ executor, ita Nicol. de Lyr. ibid. Addo nullum aliud reme-

Digitized by Google

remedium humanum fuiſſe euaden
di illud periculum, & ob id poterāt
11 dici eſſe in extrema neceſſitate, † q̄
iuri nō eſt ſubiecta. c. remiſſionem.
§. ſed notādum. 1. q. 1. iunct. tradit.
ſ. c. 5. § 7. n. 5. verſ. præterea. Non
obſtāt igitur hæc duo, & ob id duel-
lum cōmittentes mortifere peccāt.
12 Secundo † ſunt excommunicati,
anathematizati, & maledicti, ita de
duellum publicum committentib.
in terris Romanę Eccleſię mediatè,
vel immediatè ſubiectis dicitur in
Bulla Iulij II. in verſic. Nos igitur,
ibi, motu proprio non ad alterius ſu
per hoc nobis oblatæ petitionis in-
ſtantiam, ſed de noſtra mera delibe
ratione, & ex certa ſcientia hac in
perpetuum valitura conſtitutione
duellorum, & gladiatorū huiuſmo-
di vſum dānamus, & improbamus,
& in terris Romanę Eccleſię media
tè, vel immediatè ſubiectis per quaſ
cunq; quauis auctoritate, & poteſta
te, ac nobilitate fulgentibus ſub ex-
communicationis latę ſententię pę-
na è quacunq; cauſa etiam a legib.
permiſſa fieri omnino prohibemus.
Idem habetur in Bulla Leonis X. in
verſ. Adijcientes, & in Bulla Pij IV.
tum quod excommunicat omnes,
quos concernunt litterę prædeceſſo
rum: at hi ibi compræhenduntur, er
go. atq; ſic dicit in verſic. Nos, quo-
rum, ibi, & ſingulos, quos. Tum ꝙ
expreſsè id dixit in verſ. Illoſq; tam
ad pugilles taliter pugnantes. Idem
habetur in Decret. Concil. Triden.
in verſ. Qui verò pugnā; & de duel-
lum priuatum committentibus, ha-
betur id in Bulla Greg. XIII. in verſ.
Auctoritate Apoſtolica, & tā de pu-
blico, quam priuato, in Bulla Clem.
VIII. multis in locis, ſed pręcipuè in
verſ. Quinimo de nouo etiā per pręſentes ex parte omnipotētis Dei Pa
tris, & filij, & Spiritus ſancti excom-
municamus, & anathematizamus,
maledicimus, & execramur, & cæt.
Quę autem differentia ſit inter exc-
municationem, & anathematizatio
nē ponit D. meus Vgol. in tracta. de
Bull. Cęn. Dom. p. 1. c. 15. nu. 4. cum
duob. ſeq. vt. ſ. Excōicare ſignificat
maiorem excommunicationē ferre,
per verbum autē anathematizare,
maledictionem, ac deteſtationem.
13 Tertio eorum bona † venalia ex-
ponuntur, ideſt confiſcantur, quod
ſic ſignificat illud verbum proſcri-
bere, poſitum in decr. Concil. Trid.
quę. n. erant vendenda publicè ſcri-
bebātur, vt per illud Cice. lib. 3. off.
inquit nanq; ibi, Calphurnius cum
cognouiſſet Claudium ædes poſtea
proſcripſiſſe: & apertè id habetur in
Bulla Leonis X. in cit. verſ. Adijcien
tes, & eandem auctoritatem, ibi, Ac
bona proſcripta ſint, & Camerę no-
ſtrę Apoſtolicę confiſcata eo ipſo.
14 Quarto † perpetuò infames ſunt,
vt dicitur in Bulla Pij IV. tum argu-
mento eorum, quæ diximus de do
minis temporalibus. cap. 3. in prin-
cipio. Tum etiam, quia expreſsè id
dicit in verſ. Illoſq; tā ad pugilles,
& in cit. decr. Concil. Trid. habetur
eos eſſe infames tam de iure, quā de
facto: id quod etiam tenet Sayr. in
ſuo Theſaur. caſ. conſcien. capit. 11.
num. 10. lib. 7. Hinc meo paruo qui-
dem iudicio non procedit id, quod
habetur in deciſ. 51. in nouis deciſ.
Rotę Romanę vol. 3. lib. 3. vbi con-
cluditur quendam inhabilem ad ec
cleſiaſtica non fuiſſe, eo ꝙ qn̄ com-

Digitized by Google

miſit duellum non erat Clericus, cum crimen illud, vt ibi dicitur, nõ dicitur enorme, per not. à Felin. in cap. 2. de reſcrip. Et reuera inhabilis eſt, quia cùm ſit infamis, vt vidimus, portæ dignitatum infamibus occluduntur, licet ergo non ſint Clerici, omnes ſunt inhabiles obid, & ſic etiam nõ procedit, quod dicitur eod. lib. 3. Deciſ. 30. quatenus dicitur ibi laicum ex ſolo duello non fieri inhabilem, & ob id collationem ei factam valere. Sunt etiam diffidati, ac alijs pœnis puniuntur, in quas incidere diximus Dominos temporales eod. cap. 3. à num. 5. vſq; ad nu. 10. incluſiue, & nu. ſeq. ob id, quæ huc pertinent illinc ſumantur.

15 Quintò † puniri debent, vt Homicidæ, ita dicitur in cit. Decret. Concil. Trid. ibi Et vt homicidę, & ante Concil. Trid. ſtatutũ fuit à Iulio II. in ſua Bulla in verſ. Dictoſq; pugilles, poſſe puniri pro homicidio, & vulnere iuxta iuris communis
16 diſpoſitionem, † quibus autem pœnis puniantur Homicidę dicas. Aut loquimur de iure ciuili, aut de iure Canonico. De iure ciuili olim communi iure per l. 1. ff. ad leg. corn. de ſicar. in nobili erat deportatio, & bonorum omnium confiſcatio. l. 3. §. legis corneliæ. ff. eod. quæ deportatio hodie non eſt in vſu vt tenent Angel. & Afflict. quos refert, ac ſequitur Iul. Clar. lib. 5. recept. ſent. in §. Homicidium. verſ. ſed quæro, vbi de communi teſtatur pœnam homicidij hodie de iure cõi eſſe mortem, quã pœnam dicit habere locum tam in nobili homicidium
17 committẽte, quam in plebeio. † Itẽ homicida infamis efficitur, ita Bal. in l. decuriones C. ex quib. cauſ. infam. irroget. Ioan. de Annan. & Felin. in c. quę in Eccleſiarum. de conſtit. Marſil. in Pract. crim. in §. Ag-
18 gredior. nu. 12. Itẽ † non põt in teſtẽ recipi ſine tortura, quia dicitur vilis perſona, vt per Marſi. ibid. num. 14. De iure Canonico verò laicus excõmunicatur, clericus autem deponitur, ac beneficijs priuatur, ita Clar. eod. in loco: Quod ius canonicum ſequemur ob verba Cõcilij Tridẽt. in cit. Decret. verſi. Qui verò, ibi, Et vt homicidæ iuxta ſacros canones puniri debeant.

19 Sextò † vbiq; poſſunt impunè capi, vt inquit Iul. II. in cit. ſua Bulla in verſi. Dictoſq; pugilles. Quare non ſolum in loco, in quo commiſſum eſt duellum, ſed in quocunq; loco capientur iuſtè; datur. n. per hæc verba iurisdictio cuiq; iudici.

20 Septimò † Si in duello moriãtur, perpetuò carent ſepultura eccleſiaſtica, ita dicitur de mortuis in duello publico in terris Eccleſiæ mediatè, vel immediatè ſubiectis, in cit. Bulla Iulij II. in cit. verſi. Dictoſq; pugilles, ibi Corporaq; in duello in terris Eccleſiæ mediatè, vel immediatè ſubiectis facto morientium in ſacro ſepeliri prohibentes: Idem habetur in cit. Decret. Concil. Trid. in verſi. Qui verò pugnam, ibi Perpetuo careant eccleſiaſtica ſepultura. Et de morientibus tam in publico, quam in priuato duello, & vbiq; locorum in Bulla Clem. VIII. in verſ. Quinimo de nouo, ibi. Et ſi in ipſo conflictu obierint ſepultura eccleſiaſtica perpetuò priuatos eſſe volumus. In quocunq; igitur duello, &

vbiq;

Digitized by Google

vbiq; moriantur in eo conflictu careāt ꝑpetuo ſepultura eccleſiaſtica.

Hinc ceſſat;quod dixit Armill.in verb.duellum. n. 6.& ſenſiſſe etiam id videtur Tabien.eo. n.5. verſ.Sed contra, & Marc. Scarſel.in Sum. inſcript. Giardino de Summiſti. p. 1. cap.232.n.5.qui volunt, ſi dederint ſigna contritionis poſſe ſepeliri in loco ſacro, & ratio eorum erat,quia ſolummodo ſepultura eccleſiaſtica carebant, vbi moriebantur in torneamentis,vt dicitur in c. 1. de torneam.& Abb.in c. 2. eo.tit. & ob id dicebant ipſi, cum ſimus in pœnis, non ſunt vllo modo ampliandæ,ſed reſtringendæ.c.in pœnis, & c.odia, de reg.iur.lib.6. Et dictum, & ratio igitur ipſorum non procedit, quia vt vidimus,& in duello carēt ſepul-
21 tura eccleſiaſtica. † Sepultura autem eccleſiaſtica quoad rem noſtrā pertinet,primò eſt locus ab Epiſcopo conſecratus, in quo Chriſti fidelium corpora ſepeliuntur, ſicuti eſt Cęmeterium,atq; Eccleſia cōſecrata.arg.c.is,cui.§.talis quoq;.de ſen. excom.lib.6. & ſic inquiunt Silueſt. in verb.ſepultura.in principio,& Tabien.eod.nu. 2. verſ.ſecundò. Item eſt etiam eccleſia non conſecrata, modo ibi diuina facta ſint; tunc enim quoad hoc eodem iure, quo Eccleſia conſecrata, hęc vtitur,arg.c. pen.de immun.eccl.iunct. c. fin. de conſ.eccl.vel alt.tradit Glo. in Clemen. 1. in verb. Cœmeterijs, & ibi Anchar.nu.4. de Sepult. & D.meus Vgol.in tract. de cenſ. eccl. Tab. 5. cap.9.nu.1.& Sayr. in Theſaur. caſ. conſcien.lib.3.cap.35.nu.11.

22 Octauo † ſi ſit Clericus,qui duellum committat, præter ſupradictas pœnas, deponendus eſt, ita dicitur in c.1.de cler.pugn. in duell. vel ipſe fuerit,qui duellum alteri obtulerit, vel duellum oblatum ipſemet ſuſceperit,vel victor ipſe ſit, vel ab alio fuerit victus; ſat enim eſt duellum ab ipſo cōmiſſum eſſe, atque ſic tradit Hoſt.in Sum.eod.tit.de cler. pugn.in duell.§.an ſit auferendum. verſ. nec admittas, ibi, ideo clericus,& Goſtred.in Summ.eo. tit.n.4.

Quam pęnam incurrit vel per ſe, vel per alium, ſuo nomine duellum committere faciat.arg.c. 2.eod.tit. de cler.pugn.in duell.

Item illam pœnam incurrit vel ſpōte,vel aliqua neceſſitate coactus duellum ſuſceperit, quę neceſſitas ſit euitabilis, quicquid dicat Diaz in Pract.crim.Canon.cap.101.contra quem recte meo iudicio tenet Addi.ad ipſum in verb.ſed mitiori.
23 Item ipſo facto priuati ſunt † omnibus,& ſingulis eccleſijs, ac beneficijs alijs eccleſiaſticis, necnon dignitatibus,quæ obtinent, ſeu in quibus,& ad quę ius eis competit,& ob id illa beneficia poſſunt impetrari
24 tanquam vacantia. † Item inhabiles ſunt in poſterum ad illa, & alia beneficia obtinenda, quæ duæ pęnę imponuntur a Pio Quarto in cit.ſua Bulla in verſ. Illoſq; tam, ibi, Et ſi
25 eccleſiaſtici fuerint &cæt. † Efficitur quoq; irregularis,ſi mors,vel mēbri mutilatio interueniat, vt dicitur in cit.ca.1. & 2. de cler.pugn.in duell. Immo eſto non interueniat neque mors, neq; membri mutilatio, ſed ſolummodo commiſſum ab eo fuerit duellum hoc prohibitum, teneo adhuc irregularē eſſe: & hoc ob hanc rationem, quia vt dictum

Digitized by Google

eſt ſupra hic. num. 14. duellum com-
26 mittẽtes fiũt infames; † At infamia
tam iuris, quam facti reddit quem
irregularem, vt habetur in ca. infa-
mes. 6. q. 1. & in c. infamib. de reg.
iur. lib. 6. & in c. cum te. de re iudic.
& ibi Abb. num. 10. verſ. Dubitatur
tamen, & n. 17. & in c. Hely. nu. 19.
de Simon. & Gloſſ. in cap. omnes. 6.
q. 1. & Tabien. in verb. infamia. q.
11. verſ. Et not. quod omnis infa-
mia, & Angel. num. 3. iunct. num. 8.
& Syluest. eod. nu. 3. verſ. Et quinto
a promotione ordinum. num. 10. &
Nauar. in Man. cap. 27. num. 204. &
deniq; ita communiter tenent DD.
de qua communi teſtatur D. meus
Vgol. eamq; rationibus, & auctori-
tatibus probat in tract. ſuo de irre-
gular. cap. 60. §. 5. in principio. Et
de his pœnis ſatis; iam videamus
quando in illas incidant: id quod
in ſeq. expediam.

SVMMA.

1 *Committentes duellum puniuntur per Bullas, ac alia iura duellũ prohibẽtia, q̃ regula, quouſq; pateat declaratur.*
2 *Litteræ prouocatoriæ cur ſic dicantur.*
3 *Chartulæ denunciationis cur ſic nominentur.*
4 *Etiam, dictio eſt incluſiua, & extenſiua ad id, quod prius eſt dictum.*
5 *Indefinita oratio habet vim vniuerſalis.*
6 *Committentes duellum ex mandato ſub pœna mortis facto an puniantur per Bullas.*
7 *Iudex ante oculos debet habere æquitatem.*
8 *Mitius agimus cum lege, quam cum homine.*
9 *Verba legis cui conueniunt; & illius legis diſpoſitio conuenire debet.*
10 *Graſſari quid ſignificet.*
11 *Fraus legi non eſt facienda.*
12 *Quod vna via prohibetur, alia non eſt committendum.*
13 *Occupare quid ſignificet.*
14 *Detinere verbum quid ſibi vſurpet.*

§. I.

SEſt hic agendum quando duel-
lum committentes incidant in
pœnas ſupradictas hoc capit. in
principio. † Committentes igitur
1 duellum in ſupradictas pœnas inci-
dunt, vbi duellum committunt, ita
habetur in Bullis, ac decret. Conc.
Trid. poſitis ſupra cap. 1. §. 2. Quod
dictum pro regula nobis ſeruiet.

Quæ locum habet, vt omnes affi-
ciat, & quoſcunque ob verba poſita
in Bulla Clem. VIII. in verſ. Quini-
mo de nouo, ibi, Omnes, & quoſcun
que; dictio. n. illa oẽs neminẽ exclu
dit. arg. l. Iulianus. ff. de leg. 3. & c. ſi
Romanorum. diſt. 19. & faciunt tra
dita ſupra cap. 3. §. 1. n. 2. Hinc non
procedit, quod dicebat Ioan. de Li-
gnano in tracta. de duello. ca. 9. qui
dicebat multos nõ admitti ad duel
lum purgatorium, quia vt vidimus
omnibus indiſtinctè eſt prohibitũ.

Item locum habet, vt puniantur
nõ ſolum prouocans, ſed etiam pro-
uocatus, & hoc ob peccatum morti-
ferum, vt poſt alios inquit Plot. de
in lit. iur. §. 42. n. 1. Id quod adeo eſt
verum, vt in pœnas vterq; incidat,
eſto poſtea defendendo occidat ad
uerſarium; nam etſi quiuis defendẽ-
do ſe excuſet, hic tamen excuſatio-
nem non habebit, vt inquit Nauar.
in conſil. 2. de torneamen. quem re-
fert, ac ſequitur D. meus Vgol. in
tract.

Digitized by Google

tract. de offic. & poteſt. Epiſcop. p. 1. cap. 8. §. 2. num. 1. verſ. Hæ autem pœnę; poterat enim prouocationem non accipere, vnde in cauſa fuit.

Tertio locum habet non ſolum ſi duellum publicum ineant, verum etiam ſi priuatum, vt de publico habetur in Bulla Iulij II. in verſ. motu proprio, ibi duellorum, & gladiatorum huiuſmodi vſum dānamus, & improbamus; & in Bulla Leonis X. in verſic. Nos igitur, & in Bulla Pij Quarti in verſ. Illosq; tam ad pugilles, & in Decret. Concil. Triden. in verſic. Qui vero pugnam: Et de priuato ex condicto, ideſt determinatè, ac deliberate in Bulla Grego. XIII. ibi, Qui ex condicto, tempore, & in loco conuento monomachiam commiſerint, etiam ſi nulli patrini, ſocijque ad id vocati fuerint, nec loci ſecuritas habita, nullęvè prouocatorię litterę, aut denūciationis chartulę pręceſſerint, cenſuris, ac pœnis à dicto Concilio propoſitis teneri perinde, ac ſi in publico, & conſueto abuſu ſingulare certamen iniuiſſent. Hæc ibi Romanus Pontif. ex quibus propoſitum noſtrum conſtat, vt alias etiam dixi cap. 1. §. 4. Idem habetur in Bulla Clem. VIII. in verſic. Quinimo de nouo, ibi, Omnes, & quoſcunque publice vel priuatim, palam, vel occulte, & cæt. ſingulare certamen (quod duellum vulgo dicitur) ex compoſito ineuntes. Ex quibus etiam patet duellum priuatum committentes in ſupradictas pœnas incidere, & ex his ceſſant, quæ dicit Addit. ad Diaz in pract. crimin. canon. capit. 101. verſicul. depoſitionis, ibi, circa verò. Quod dictum procedit, modo ex condicto, & ex compoſito duellum fiat. Deinde ſtatutum ſit tempus, determinatusque locus ad duellum committendum. Et ſic in hoc caſu tria requiruntur. Primum erit vt duellum ineatur. Alterum, vt ex condicto, ſiue ex compoſito quæ duo verba ſignificant determinate, deliberate, & ex communi conſenſu, ob ea, quæ diximus ſupra cap. 1. in principio n. 7. & ſeq.

Tertium eſt, vt ſtatutum ſit tempus, determinatusque locus, & hoc ob Bullam Greg. XIII. in verſ. Auctoritate Apoſtolica, ibi ſtatuto tēpore, & in loco conuento. Nec facit ſi dicat̄ qđ Clem. VIII. in ſua Bulla in verſ. Quinimo de nouo. ſimpliciter loquitur, nec verbum quidem facit de loco, & tempore, ergo & ſimpliciter de hoc intelligi, quia lex, & ob id Bulla ſiue pręcedat, ſiue ſequatur, debet limitari per aliam legem, illam ſpecialiter limitantē. arg. l. in toto, & ibi Dec. ff. de reg. iur. & c. generi per ſpeciem. cod. lib. 6. & Gloſ. in l. ſciendum. ff. qui ſatiſdat. cog. & Auth. offeratur. C. de lit. conteſtat. Vbi ergo hoc animo determinato, ac deliberato prouocauerit quis aliquem ad duellum deſtinato tempore, & loco, & prouocatus ipſe determinate, ac deliberate acceptet, ac duellum ineant, in pœnas incident ambo, quæ propoſitæ ſunt duellum committentib. Quare ſi offerēs, ac prouocans dicat. Volo tecum duellum committere hodie veſperi in tali loco, vel vt vulgo dicitur. *Io ti sfido a far costione questa sera in tal loco*, vel ſi eris talis, qualem tē reputas, venies hodie in tali loco cum tuis armis, *cioè se sarai galant'huomo, piglia*

Digitized by Google

rai le tue armi, & verrai à far coſtione hoggi in tal luoco, & prouocatus dicat *Io tēgo l'inuito*, & ſic acceptet, vadat que ac poſtea ab ipſis duellum committatur, in pœnas ambo incident.

Tertio locum habet, vt duellum committentes in ſupradictas pęnas incidant, eſto duellum facerent ex cauſa alias a legib. permiſſa, tamē omnino etiam in hoc caſu prohibitum eſt duellum, atq; ſic de duello publico dicitur, ac habetur in Bulla Iulij II. in cit. verſ. motu proprio, ibi, Ex quacunq; cauſa etiam a legibus permiſſa fieri omnino prohibemus; & de duello tam publico, quā priuato probatur ex Bulla Clemen. VIII. in verſ. quinimo, vbi prohibet duellum fieri tam publicum, quam priuatum, in omnibus locis, modis, formis, ac caſibus ſub ſua conſtitutione, ſeu alijs prædictis Conſtitutionibus, & Decret. cōtentis; At iſte caſus continetur in cit. conſtitutione Iulij II. ergo & in ea Bulla Clem. VIII. & de hac re egi ſupra abunde cap. 3. §. 1. num. 6. verſ. octauo.

Atqui licet ne Regi, vel Duci habenti iuſtam cauſam committendi bellum cum alio Rege, vel Duce, ſi videat non poſſe illi reſiſtere, reſoluere bellum in duellum? Videbimus infra hoc cap. §. 3.

Quarto locum habet, vel priuilegium ad id haberent, vel in eo loco adeſſet praua cōſuetudo ſuper hoc; eſt enim illa conſuetudo praua, & ob id damnanda, vt de illa ſecundum quam accuſatus, & accuſator tenetur ſingulare certamen inire, quo ex euentu belli appareat de innocentia, vel conuincatur de crimine illato, dixit Abb. per illum text. in c. 2. nu. 2. de cler. pugn. in duell. & ibi Addit. ad eum in verb. damnandum, & de conſuetudine dixit etiam Tabien. in verb. duellum. num. 2. verſ. Et non excuſantur, expreſsèq; habetur in Bulla cit. Iulij II. in verſ. dictosq; pugilles, ibi, nulla eis conſuetudine ſuffragante, & de conſuetudine, & priuilegio dicitur in cit. decret. Concil. Tridē. ibi. Non obſtāte quocunq; priuilegio, ſeu praua conſuetudine etiam immemorabili, per ea, quæ diximus ſupra in cit. c. 3. §. 1. n. 6. verſ. Nono locum habet.

Quinto locum habet, vt in has pęnas incidant quicunq; ſint, qui duellum committunt, & ſic cuiuſcunq; ſint dignitatis, auctoritatis, poteſtatis, conditionis, ac ſtatus, ita de duellum publicum ineuntibus dixit Iul. II. in cit. Bulla in cit. verſic. motu proprio, ibi, per quoſcunque quauis auctoritate, & poteſtate, ac nobilitate fulgentibus, & in Bulla Pij IV. in verſ. Illoſq; tam, ibi, etiā ſi prædictæ, ſeu cuiuſcunq; dignitatis, nobilitatis, ſtatus, gradus, & ordinis tam eccleſiaſticæ, quam mundanæ exiſtant; & tam de publico, quā de priuato in cit. Bulla Clemē. VIII. in verſic. Ac inſuper auctoritate, ibi, inter quaſcunque perſonas, per quæ verba ibi omnes compręhendit.

Quid iuris ergo, Hæbrei & ipſi cō pręhenduntur, ſi duellum committant? Hoc abſoluam infra hoc cap. §. 4.

Sexto locum habet, eſto non adſint patrini, nec vlli alij ſocij vocati fuerint, ſed ſoli ſint duellum committentes, atque ſic habetur in cit.

Bulla

Digitized by Google

Bulla Greg. XIII. ibi, etiam ſi nulli patrini, ad duellum enim committendum patrini non ſunt neceſſarij, vti etiam inquit Ioſeph Ludouic. in Deciſ. Lucenſ. in deciſ. 11. num. 13. verſ. Non ſunt. Quodnam autem eſſet officium patrinorum habes infra cap. 7. in principio.

Septimò locum habet etiam ſi ſecuritas loci non fuerit ipſis data, ſed ſuo periculo duellum committant, adhuc pœnis ſupradictis puniũtur, ita dicitur in cit. Bulla Greg. XIII. ibi, Nec loci ſecuritas data. Non ergo requiritur, vt locus ſit tutus, & vt vulgo dicitur, *Campo franco*, ſed in quocunq; loco fiat determinate, ac deliberatè, deſtinato tamẽ ab ipſis duellantibus loco & tempore, vt dixi, in pœnas incident, licet ante Cõcil. Trident. in duellis formalibus, quæ dicebantur] publica, ac ſolemnia, concedebantur loca vulgo dicta Campi franchi, vt olim efficiebatur inter confinia Ciuitatis Fulginei, & terram Hiſpelli ab Illuſtribus Dominis Balionibus, & etiam ab Illuſtrib. Dominis Marchionib. de Monte Sanctæ Mariæ, vt refert Ioſeph Ludouic. in cit. deciſ. 11. nu. 12. & ſeq.

Octauo locum habet, etiam ſi nullæ litteræ prouocatoriæ, aut denunciationis chartulæ præceſſerint antequam duellum ſit factum, ſed ſat eſt, vt duellum fiat, & tunc illud cõmittentes in ſupradictas pęnas incident, vt habetur in cit. Bulla Greg. XIII. ibi, Nullęve prouocatorię litteræ, aut denunciationis chartulæ.

2 † Dicuntur autem litteræ prouocatoriæ, quia illis alliciuntur, ac incitantur homines ad pugnam, & ſingulare certamen: id quod ſignificat illud verbum prouocare: † Dicuntur vero chartulæ denunciationis, 3
eo quòd illis prædicitur, ſeu minatur duellum iuxta illud Cice. de Diuinit. Quæ eſt iſta à Dijs perfecta, quaſi denunciatio calamitatũ: quo in loco accipitur pro prædicere, & facit illud Cęſar. 3. de Bello Ciuili. Cum neq; policitationibus, neq; denũciatione periculi promouere poſſet: quod ibi accipitur pro minari, ſi grammaticos audiamus.

Nono locum habet, & ob id in ſupradictas pęnas incident, eſto poſtea impediti fuerint, & ob id non potuerint ob impedimẽtum pugnã ac duellum committere; per ipſoſque non ſteterit, quominus duellum commiſerint, ita habetur in cit. Bulla Greg. XIII. ibi, Etiam ſi illi, quæ clauſula eſt generalis, & compręhẽdit omnia capita ibi poſita, ob ea, quæ diximus ſupra cap. 3. §. 1. n. 14. verſ. decimoſextò; & facit, quia dictio illa, Etiã eſt † incluſiua, & extẽſina ad id, quod amplius non erat 4
dictum, vt not. in Rub. C. etiam per procur. & in l. Etiam. ff. de verb. ſig. tradit Dec. ex ſentẽtia Alex. & Arc. in conſ. 696. n. 13. vol. 5. Idemq; habetur in Bulla cit. Clem. VIII. in verſic. Quivè alijs, ibi, Etiam ſi neq; pugna aliqua: & faciunt quæ dixi infra de prouocante cap. 6. §. 1. nu. 2. verſ. Tertio locum habet. Quare domini temporales permittentes, vt vidimus, duellum fieri, & vt videbimus etiam prouocantes, mandantes, inſtigantes, auxilium, vel fauorem dantes, ac alia ſubſidia ſubminiſtrantes, & ſpectatores ex propoſito, ſocij, ac alij, qui per Bullas puniuntur,

Digitized by Google

niuntur, ſub illa clauſula compræhenduntur.

Decimo illis pœnis puniuntur in quibuſcunq; locis duellum committant, & ſic vel illa loca ſint ſubiecta ditioni temporali S.R.E. mediatè, vel immediatè, vti duellum publicum prohibitum eſt à Iulio II. & ab alijs Summis Pontificibus vſque ad Pium IV. excluſiuè, vel etiam ſi non ſint ſubiecta, vt colligitur ex Bulla eiuſdem Pij IV. verſ. Et inſuper cupientes illa, & tam deteſtabilem pugnantium, & aliorũ loca ad pugnãdum, ac alias in præmiſſis fauorem præſtantium, & deniq; tanti ſceleris fautorum nequitiam non ſolum in terris, & locis eidem Romanæ Eccleſiæ, vt præfertur, ſubiectis, ſed alias vbilibet penitus reprimi, & aboleri, &cæt. & inferius eo. verſ. ibi, Et etiam extra terras, & loca ditioni Eccleſiæ huiuſmodi nõ ſubiecta, duella, ſeu ſingularia certamina, &cæt. Ecce hic Romanus Pontifex, prohibet duellum publicum non ſolum in terris ſubiectis Romanæ Eccleſię mediatè, vel immediate, & in omnibus locis, atq; ſic hanc Bullã interpretatus eſt ẽt Illuſtriſs. Tuſch. in ſua Pract. concl. in littera D. concluſ. 805. num. 13. expreſſeq; id dicitur de duello priuato in Bulla Clemen. VIII. in verſic. Ac inſuper, ibi enim confirmat omnes aliorũ Summorum Pontificum Conſtitutiones dicens. Declaramus eaſdem conſtitutiones, ac Decretum locum habere vbiq; gentium, & terrarum: quia igitur ibi Romanus Pontifex indefi-
5 nite loquitur, † & indefinita oratio vniuerſalis vim habet, & præcipue, vbi eadem ratio eſt in omnibus contentis ſub eadem indefinita oratione, vt aſſeruit Dyn. quem refert, ac ſequitur Bart. in l. ſi pluribus. nu. 7. ff. de leg. 2. ergo indefinite debet intelligi. Pręterea in eod. verſ. prohibet duellum etiam in dominijs hoſtium: ac omnes hoſtes non ſunt ſubiecti ditioni temporali S. Matris Eccleſiæ, ergo in quibuſcunq; locis fiat duellum, incidunt in ſupradictas pęnas.

Quænam autẽ ſunt loca mediatè, & immediatè ſubiecta ditioni S. Matris Eccleſię? Hoc declarabo infra hoc cap. §. 5.

Vndecimò locum habet etiam ſi eorum domini temporales id permitterent: Vel ſi ſint milites, id faciant permiſſu ſuorum Ducum, ac Capitaneorum; id enim non poſſunt, vt de Dominis vidimus ſup. c. 3. §. 1. & de Ducibus, ac Capitaneis capit. 4. §. 1. ac expreſsè habetur in cit. Bulla Clem. VIII. in verſ. idem quoque, ibi, Etiã Ducum permiſſu.

Duodecimo locum habet, vt in has pęnas ſupradictas incidãt duellum committentes, eſto ipſis id mãdatum ſit, ac mandatum exequan-
6 tur timore mortis.† Atqui procedit ne hoc ſimpliciter, eſt ne verum, vt incidant in illas pœnas? Diſtinguo. Aut quærimus an mandatarius peccet mortiferè, ſi duellum metu mortis exequatur, & in hoc caſu teneo mortifere peccare; ob nullum enim metum mortifere eſt peccandum, & multo magis ſi mandans id facit in contemptum S. Matris Eccleſiæ, potius enim debet mortem obire, quã illi obtemperare, ac mortiferè peccare, vt habetur in ca. ſacris. de ijs, quę vi metuſve cauſ. fiũt. & ibi Abb.

ac

Digitized by Google

ac DD. not. & inquiſit Sylu. in verb. Excommunicatio 5. n. 14. & Couar. in c. alma. p. 1. §. 3. n. 9. verſ. quarto, & Nauar. in Man. ca. 27. n. 36. verſ. vndecimo, & Sayr. in Theſaur. caſ. conſ. lib. 1. cap. 18. n. 41. Id quod locum habet quodcunq; mandatum ſit, & ob id vel proprie ſit mandatū, vel iuſſus, vel præceptum idem erit. arg. eorū, quę dicemus infra de mandante. Quare vel Princeps, vel dominus, vel Iudex id imperet, ei parēdū non eſt. Aut quærimus quoad excō-municationem, & alias pęnas, & tūc ſine dubio teneo in ipſas nō incidere; non enim exiſtimandum, ac veri-
7 ſimile eſt iudicem † qui ob oculos æquitatem habere debet, arg. l. qđ ſi ephesi. ff. de eo, quod cert. loco; &
8 minus legem, qua cum † mitius agimus. l. celſus, & ibi Gloſſ. 1. ff. de recept. arbitrar. & minimè omnium S. Matrem Eccleſiam, quæ pia, ac benigniſſima eſt, velle nos, cū tanto periculo obligare. c. ſi vero. de ſen. exc.

Decimotertiò locum habet, non ſolum ſi plura duella, & certamina faciat, verumetiam ſi vnum tātum; nam & hic duellator dicitur, ac eſt, & ob id ſicuti huic verba Bullæ conueniunt, & pœnę conuenire debent;
9 cui enim conueniūt † legis verba, & diſpoſitio conuenire debet. argum. l. 4. §. toties. ff. de damn. infect.

Verum quid iuris Titius plura duella commiſit, incidit ne in plures excommunicationes, an in vnam tantum? Hoc expediam infra hoc cap. §. 6.

Decimoquartò locum habet, vt in dictas pœnas incidant, eſto perſonæ, quæ duellum committunt ſint perſonæ armatæ, hoc eſt milites, illis etiam prohibitum eſt duellum: Tum quod diximus ſupra capitul. 4. Duces, ac Capitaneos nō poſſe duellum permittere ſuis militibus: tum etiam, quia & hic ſupra dixi omnibus eſſe prohibitum, ergo & militibus. Tum denique, quia expreſſe id colligitur ex citat. Bulla Clemen. VIII. in citat. verſic. Ac inſuper, ibi, Etiam armatas.

Decimoquintò locum habet, eſto milites eſſent in caſtris, & tentorijs, ſeu propugnaculis, & ageribus, adhuc ſi duellum ineunt, ſupradictis pœnis ſubijciūtur, ita dicitur in cit. verſic. Ac inſuper, ibi, Et in caſtris. Non ergo attenditur, quod dixit Curt. Iun. in conſil. 173. num. 2. in 2. part. quatenus ait reprobatum eſſe quidem duellum, ſed quia de facto obſeruatur, vt milites, & nobiles ad duellum ſe prouocent, perinde haberi debere, ac ſi de iure permitteretur: Non igitur hoc dictum procedit, cum tam clare contrarium habeatur in Bulla, vt dixi, & pertinent huc, quę dixi ſupra cap. 3. §. 1. numer. 7. verſic. Non etiam ſi ſeruaretur.

Decimoquinto locum habet, eſto hi milites eſſent in locis, in quibus hoſtes Romani Pontificis, & S. R. E. aut catholicæ fidei graſſantur. Primò ob dicta ſupra hic in decima ampliatione. Poſtremò, quia ſic dicitur in cit. Bulla Clem. VIII. in cit. verſic. Ac inſuper, ibi, Etiam, vbi noſtrorum, & S. R. E. aut Catholicæ fidei hoſtium furor impune graſſa-
10 tur. Graſſari autem † ſignificat vias obſidere, ſpoliare obuios, in aliquē ſęuire, & vi aliquem adhoriri; in his igitur caſib. ac in hujuſmodi locis

I duellum

Digitized by Google

duellum prohibitum eſt, & milites inter ſe, nec milites cum non militibus duellum committere poſſunt, alias in ſupradictas pœnas duellum committentib. propoſitas incidũt; Bulla.n.Clem. VIII. in citat. verbis non ſolum vult prohibere, ac prohibet effectum, ſed etiam modũ, quandoquidẽ ratio prohibitionis ea eſt, ne fiant cruenta corpora, & inde reſurgat animarum perditio, quę ratio & in illis locis locum habet, vt
11 per ſe patet, † alias fieret fraus legi, quod eſt cõtra c. certum eſt. de reg.
12 iur. lib. 6. † & quod vna via prohibetur per aliam fieret contra cap. cum quid. eod. tit. & lib.

Decimoſeptimo & multo magis locum habet ſi duellum committãt in locis occupatis, & detentis ab huiuſmodi hoſtibus, vt dicitur in cit. verſ. Ac inſup, ibi, vel dominijs per
13 eos occupatis, & detentis. † Occupare autem ſignificat rem alienam arripere, ac captam vi illã tenere, iux. illud Ciceron. de amicit. Gracchus
14 regnum occupare conatus eſt. † Detinere autem ſignificat rem alienã retinere ſpõte poſteaquam quis aliquid adeptus eſt, vbi nec ipſe occupauit, nec inuaſit, ſed ſucceſſione aliqua habuit.

Decimooctauo locum habet, vt in illas pœnas incidant, adeo vt nec milites vnius exercitus poſſint cum militib. alterius exercitus duellum nec publicum, nec priuatum facere, nec ex condicto ad id eum prouocare. Quare, ſi bellum geritur inter duos exercitus, miles vnius exercitus non poterit inire duellum cum milite alterius exertitus, nec ex condicto ad id prouocare, vt videbimus, alias in pęnas incidet ſupra ꝓpoſitas hoc cap. in princip. ita habetur in cita. Bulla Clem. VIII. in verſ. Idem quoque.

Decimonono locum habet, eſto bellum eſſet iuſtum inter illos exercitus, adhuc miles vnius exercitus non poteſt nec duellũ facere, nec ad illud prouocare militem alterius exercitus intermiſcendo, hoc eſt intus miſcendo diſſimulatum odium, atq; priuatas inimicitias publicæ cauſæ, ita dicitur in cit. verſic. Idem quoque.

Vigeſimo locum habet, vt nec etiam poſſit miles ex condicto duellum facere cum aliquo, qui non ſit miles alterius exercitus, ſed ſit aliquis alius, qui degat in caſtris hoſtium, aut in præſidijs, aut terris. Cũ hoc igitur nec duellum committere poteſt, ita dicitur in cit. verſic. Idem quoq;, ibi, ſiue alias.

Vigeſimoprimo locum habet, vt duellum committentes, ac committere volentes in ſupradictas pœnas incidant, eſto pactum fecerint de dirimendo duello, vbi alteruter fuerit vulneratus, ſeu ſanguinẽ effuderit, aut illatus fuerit vtrinque certus numerus ictuũ, ita habetur in cit. Bulla Clem. VIII. in verſ. Nec non iiſdẽ pœnis. Statim igitur atq; oblatum, & acceptum fuerit duellum, atque huiuſmodi pacta fecerint ex condicto in pœnas incidunt, eſto poſtea non pugnauerint ob dicta ſupra ca. 3. §. 1. & hic n. 3. verſ. nono, & etiam infra cap. 9. §. 2.

Poſtremò locum habet, eſto conuenerint inter ſe, vt non ſit duellum duorum tantum, ſed hincinde plures certent, vt duo cum duobus, vel

tres cum tribus, ita habetur in cit. verſic. Necnon ijſdem. Licet igitur propria duelli deſcriptio hic non cõueniat, adhuc tamen in ſupradictas pęnas incidere voluit Romanus Põtif. in cit. verbis, & faciũt etiam tradita ab Armill. in ſum. in verb. duellum. in principio. verſ. Eodem modo dico, & faciunt, quæ dixi ſup. ca. 1. in principio. His igitur modis regula hęc ampliatur: iam caſus contemplemur, in quibus in has pœnas non incidunt; quos in ſeq. §. expediam.

SVMMA.

1 *Committentes duellum quando non puniantur per Bullas, ac decretum prohibentia duellum.*

2 *Limitata cauſa limitatum producit effectum.*

3 *Actus agentis non operatur præter eius intentionem.*

4 *Ceſſante diſpoſitione legis, & reliqua ceſſant.*

5 *Propoſitum quod operatur in propoſito, operatur oppoſitum in oppoſito.*

6 *In vnaquaque diſpoſitione id in primis inſpicitur, quod agitur.*

§. II.

Explicatis caſibus, in quibus duellum cõmittentes pœnis aſſiciantur, iam videamus quando non puniuntur.

1 Primò ergo † duellum committentes in pęnas non incidunt, vbi ab ipſis probabiliter ignoraretur Bulla quæ duellum prohibet, vt quia non fuit ipſis promulgata. arg. ca. fin. de conſtit. lib. 6. vbi quis non incidit in excommunicationem latam per ſtatutum contra furtum committẽtes, ſi ſtatutum illud non nouit, & faciũt tradita à D. meo Vgolin. in tract. de cenſur. Tab. 1. ca. 9. cum ſeq. quare, ſi apud aliquas gentes non eſſet promulgata, & ſic probabiliter ignoraretur, duellum committentes has pœnas euaderent. Quod vt accidat, difficillimũ eſt, & præcipue de duello publico ob tantas Bullas ſummorum Pontificum, & decret. Concil. Trid. quamuis quoad priuatum poſſit contingere, vt quis ignoret Conſtitutionem Greg. XIII. ac Clemen. VIII. Hæc igitur limitatio procedit, vbi ignorantia eſt probabilis, quia ſolum hæc, & nõ alia excuſat, vt ſenſit Gloſſ. in cap. ſi vero quis. in verb. ignorauerit. de ſent. excom. & Mar. Socin. Sen. in c. peruenit. num. 222. verſ. Nam qualitercũq; . de ſenten. excom. vbi habetur occidentem clericum, quem ignorabat clericum eſſe, atq; ſic dixit D. meus Vgolin. in tract. de Bulla Cœnæ Domini. p. 2. cap. 11. §. 2. nu. 9. & faciunt tradita infra cap. 18. §. 2. nu. 5. & ſeq. Ruſticus ergo facile poſſet excuſari.

Secundò in pœnas non incidunt, vbi non ex compoſito, neque ex condicto, & ſic non determinatè, nec deliberate duellum eſſet factum, ſed ex ſubitanea rixa ortum; tum quod committentibus illud non conueniũt omnia verba definitionis duelli poſitę ſupra cap. 1. in principio, & ob id neq; definitum conuenire debet. arg. l. 1. ff. de dol. & l. 4. §. toties. ff. de damn. infect. tum quòd valet argumentum a contrario ſenſu. l. 1. & ibi ſcribentes not. ff. de off. eius, cui mand. eſt iuriſd. at per Bullas pu-

Digitized by Google

niuntur duellum committentes ex condicto, ſeu ex compoſito, hic autem non fit ex compoſito, neque ex
2 condicto, ergo; † limitata. n. cauſa limitatum producit effectum. arg. l. in agris. ff. de acq. rer. dom. Quia igitur non adeſt deliberatio, ac determinatio, & ſic animus deliberatus (id quod neceſſarium eſſe dixi ſup. cap. 1. in principio nu. 7. & ſeq. alias non dicitur duellum) in has pœnas non incident, quia eſt factum calore iracundiæ, & tunc dicitur factum calore iracundiæ, vbi non deuenitur ad aliquem actum intermediũ, quod iudex arbitrabitur, vt inquit Ioſeph Ludouic. in deciſ. Lucenſ. in Deciſ. 11. nu. 11. in fin. ſicq; in re noſtra dixit D. meus Vgol. in tract. de off. & poteſt. Epiſcop. p. 1. ca. 8. §. 2. num. 2. verſic. quinto, ibi, Secundo excipiuntur. Quare quendam iuuenem, qui me conſuluit, an incideret in excommunicationem, & alias pęnas, eo quòd ob rixam ortam inter ipſum, & eius amicũ propter ludũ, venerunt ad verba iniurioſa, & ab illis verbis ad prouocationem duelli; erãt. n. domi, & dixit venias foras, ſtatimq; prouocatus exijt, & ad arma venerũt, vnde alter grauiter vulneratus fuit, in has pœnas nõ incidiſſe teneo, ob ea, quę dixi. Qui caſus impulit me hanc materiã percurrere.

Immo ſi in eadem rixa, vel calore iracundiæ ob rixam parum præcedentem durante eodem calore illius rixæ dixiſſet quis expreſsè, Euagina enſem, vel venias extra Ciuitatem, vel ad talem locum, vel capias arma, quia volo tecum duellũ committere, & ad arma veniſſent, non dicitur duellum proprie, adhoc vt illud committentes incidant in pęnas, quia determinatio, & deliberatio non interuenit, ſed id factum eſt calore, vt dixi, iracundiæ, atque ſic inquit Plot. de in lit. iuran. §. 42. nu. 3. quem etiam ſequitur Illuſtriſs. Tuſch. in ſua Pract. concluſ. in littera D. concluſ. 805. nu. 17. Et hoc ob grauiſſimas pęnas, quæ imponuntur duellum committentibus ob ea, quę idem Plot. ait ibid. num. 5. vel quia ea, quæ fiunt calore iracundię minorem pœnam patiuntur, maxime ex actu incontinenti facta, vt per Illuſtriſs. Tuſch. ead. concluſ. 805. n. 18. in fine. Nec ſolum attẽditur hoc eſt duellum, quia eſt factum inter duos, ergo, ſed requiritur illa deliberatio ac determinatio loci, & temporis, vt dixi in initio præcedentis §. n. 1. verſ. tertio, & ita de deliberatione inquiunt idem Plot. eod. n. 5. in fin. & Ioſeph Ludouic. in cit. n. 11. Quæ exceptio locum habet in omnibus caſib. prohibitis per Bullam Greg. XIII. ac Clem. VIII. ob verſ. Quinimo de nouo, ibi, Ex compoſito ineũtes, & cęt. Quotieſcũq; igitur omnia illa non interuenerunt, non dicitur duellum quoad hoc vt incidant in pęnas, tum ob dicta ſupra §. 1. hoc cap. nu. 1. verſ. tertio; tum etiam, qa Gregorius XIII. in cit. ſua Bulla dicit, qui ex condicto ſtatuto tpe, & in loco conuento monomachiã cõmiſerint, & ſic copulatiue loquitur, vbi aũt plura ſimul copulãtur ad aliquẽ actum omnia ſimul adeſſe debent, alioquin actus non valet. l. ſi hæredi plures. ff. de cond. inſti. & facit quia copula Et, ibi poſita denotat veritatem in caſib. copulatis DD. in l. 2. C. de ſucceſ. edict. Iaſ. in l. ſi a furio-

ſo.

ſo.§. ſeruus communis.n.1.ff. ſi cer.
pet.ſaluo ſemper S.R.E.iudicio.

Tertiò & multominus in pœnas
quis nō incidit, vbi huius animi eſt,
vt ſtatim atq; in ſuum inimicum in-
cidit, vult ad arma venire, ac eū oc-
cidere ſi poteſt, & ſic vbi eum inue-
nit aggreditur; Nam actus† agentis
3 non operatur præter eius intentio-
nē. l.non oīs.ff.ſi cer.pet.& c. cū vo
luntate.de ſent.exc. ac Bulla excōi-
cat ſolum duellū ineuntes ex cōpo-
ſito, ſeu ex cōdicto, & ſic vbi determi
nate fit duellū, iuxta dicta ſ. habet
5 duellum cōmittendi, ergo; † ceſſan
te enim diſpoſitione legis & reliqua
ceſſant. arg.l.pen. §. pen. ff. de iur.
5 & fact.ignor. † & quod propoſitum
in propoſito operatur oppoſitum in
oppoſito.arg.l.fi.§.fi. ff. de fund.in-
ſtruc.& valet argumentū à cōtrario
ſenſu.arg.l.1.& ibi DD.no.ff.de off.
eius, licet.n. videatur hoc duellum,
6 non tñ eſt, quia † in vnaquaq; diſpo
ſitione id inſpicit qđ in primis agi-
tur.arg.cit.c.cum voluntate.de ſen.
exc.& l.ſi quis nec cām.ff.ſi cer. pet.

Quartò excipitur, ubi quis aīmū
tm̄ habuit cōmittendi duellum, ſed
neq; illud commiſit, neque ēt ad id
prouocauit; non.n.in ſupradictis cō
ſtitutionibus Sum. Pont. ac Concil.
Trid.decr. puniuntur duella menta-
lia, & ob id in pęnas nō incidet, atq;
ſic ſenſit idē D. meus Vgol. in citat.
tract.de oft.& pot. Epiſc.§.2. nu. 2.
verſ.quinto, ibi, Excipitur tamen.

Quintò prouocatus etiam ſi duel
lum non acceptat, nō punitur, ita di
xit idem D.meus Vgol.eo.n.2.verſ.
quinto, ibi, tertio excipiuntur. Sed
iam quæſtiones nonnullas propoſi-
tas explicemus.

S V M M A.

1 *Regi, vel Duci an liceat bellum in duel-
lum conuertere.*
2 *Lex nulla eſt tam generalis, quæ non re-
cipiat reſtrictionem de habilitate.*
3 *Neceſſitas facit probabile quod alias
non erat.*

§. III.

§ In præcedenti §. nonnullæ quę-
ſtiones propoſitę fuerunt expli-
1 candę, quarum prima eſt, an †li-
ceat Regi, vel Duci habenti iuſtam
cauſam bellum committendi cum
alio Rege, vel Duce, ſed quia videt
aduerſarium multo maiori potētia
eum præcellere, vnde pro certo ha-
bet ſuperandum eſſe in vniuerſali p̄.
lio, & cum toto ſuo exercitu peritu-
rū eſſe, an inquā ei liceat reſoluere
bellū illud ī duellū, cū ſperet ſi duel
lum agat, vel victoriam aſſecuturū,
vel ſaltem non ſic de facili ſuccubi-
turum. In qua quæſtione duæ DD.
ſententiæ ſunt, Caiet. 2.2. quæſt.95.
art.8.in reſp.ad tertium verſ.quinta
cauſa, ibi, fateor tamen, tenet licite
hunc Regem, ac Ducem, qui iuſtam
habet cauſam acceptare duellum,
ſi offeratur ab alio Rege, ac Duce, &
hoc ob eam rationem, quia trāsfert
quaſi certum caſum in dubiū, & in
ſpem victoriæ vtendo omnibus ſuis
iurib. meliori modo quo pōt, & ſic
auertit cōem gladiū & ſui, & ſuorū.

Immo tenet nō ſolum poſſe illud
acceptare, ſi ad id ſit prouocatus,
ſed etiam poſſe prouocare alium re-
ſoluendo bellum in duellum. quia
vtitur iuribus ſuis melius in duello,
quàm in bello, & ob id non peccat,
vnde, quia ex parte alterius, vt dixi
iniu-

Digitized by Google

iniuſtum eſt bellum, & omnes de ſuo exercitu ſunt parati iniuſte ad Regem illum inuadendum, qui habet iuſtam cauſam, abducuntur a maiori malo, ne illud totum faciāt, quod facturi erant, & ſic minus peccent. Idem tenet in ſumm. in verb. duellum. in fin. ibi, Et ſimiliter licitum eſt. eiuſdem ſententiæ eſt Nicolaus de Lyr. cap. 17. lib. 1. Reg. vbi agit de prælio Dauidis cum Golia in verb. Aud. ta. in verſ. ideo abſq;, & Greg. de Valen. Tom. 3. diſput. 3. q. 15. pūct. 1. verſ. talis aūt caſus, ibi, ſecundo ſi aliquis, qui quoad omnia ſequitur eundem Caiet. idem aſſerit Coſmus Philiarcus, quem refert, ac ſequitur Sayr. in Theſaur. caſ. conſ. inſcript. Clauis Regia. lib. 7. ca. 13. nu. 16. & Armill. in verb. duellum & Nauar. in Man. cap. 11. n. 39. verſ. Primus eſt, & cap. 15. n. 9. verſ. Dixi duellum illicitum, ibi, quale eſt ēt, & Marc. Scarſell. in ſumm. inſcript. Giardino de Sommiſti. p. 1. ca. 232. in fin. & Petr. Nauar. de reſtit. lib. 2. cap. 3. n. 293. cum ſeq. & Tolet. in inſtruct. Sacerdot. lib. 5. cap. 6. in fi. & Emanuel. in Aphoriſm. confeſſ. in verb. duellum. n. 2. in princ.

Contrariam opinionem tenent Sum. Confeſſ. Piſan. vel Supplemen. Roſel. Goffred. & Hoſt. quos refert, ac ſequitur Syluеſ. in verb. duellum enim. & ratio, huius opinionis prima eſt, quia ſine diſtinctione prohibitum eſt duellum, & ſic omnes indifferenter mortifere peccant. Altera eſt, quia illa neceſſitas non eſt abſoluta, ſed conditionata, & ita non poteſt dici eum vim repellere, vnde diuerſitas eſt in duello, ac eſt in defenſione, quæ fit extra duellum, quia in duello quilibet eſt aggreſſor.

Quid igitur concludendum? Mihi magis placet opinio Caiet. ac aliorum in prima opinione relat. cū ob eorum rationem; tū etiam, quia aliquādo minus malum eſt permittendum, vt maiora vitentur mala, quæ omnino & ſine dubio ſequētur, vt in caſu noſtro, & in hanc ſententiam intelligo illud, quod dixit Nicol. de Lyr. in cit. verſ. ideo abſque, ibi ſi iudex in tali caſu, & non ſimpliciter ad tollendum quodcunque maius malum; & etiam, quod dixit Ant. Bernard. Mirand. in ſuis Euerſ. ſingu. certam. lib. 2. ſect. 4. verſ. Quis autem ignorat.

Non obſtant contraria adducta pro ſecunda opinione. Non primū, quia licet ſine diſtinctione duellum
2 ſit prohibitum, † nulla tamen lex eſt tam generalis, quæ non recipiat reſtrictionem de habilitate. gloſ. in l. 1. §. nunciatio, & ibi DD. ff. de oper. nou. nunc. & in l. vt gradatim. §. ſed ſi lege. ff. de mun. & honor. & in §. de conſtitut. inſtit. tit. de act. latè Barto. in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur. Vnde etiam videbimus infra permiſſum eſſe ob ſuam defenſionem.

Non etiam obſtat, quod dixit Syluеſt. & alij, re uera enim non eſt aggreſſor, quia non ſimpliciter cogitur hoc facere, ſed vt ſe, & ſuos defendat; nam vt dixi, parati ſunt, & ille qui ex diuerſo duellum committit, & alij bellum, & conflictum inire; nam ſi non eſſent parati hoc facere, vera eſſe: eorum opinio.

Non etiam obſtat, quod dicunt illam neceſſitatem dici, ac eſſe conditionatam, & non abſolu tam, quia & ille

Digitized by Google

& ille, qui etiam occidit, eo quòd co gatur ob defenſionem vitæ, vel rerum, ad id impellitur conditionatè etiam ſuppoſito, vt velit ſe, & ſua defendere, & licitũ eſt, vt ait Petr. Nauar. eod. c. 3. n. 283.

Non etiam peccat, quia ob neceſſitatem ad id cogitur, quæ legi non ſupponitur. c. remiſſionem. §. ſed notandum. 1. q. 1. iunct. tradit. infra c.
3 hoc. §. 7. n. 3. & ſic † neceſſitas facit probabile, quod alias nõ erat. l. qui poterunt. ff. man. teſt. Sed de prima quæſtione ſatis, iam alteram aggrediamur.

SVMMA.

1 *Hæbrei, & alij infideles non baptizati an puniantur per Bullas, & alia iura duellum prohibentia, ſi & ipſi duellum ineant.*

2 *Hębrei, & alij infideles non baptizati excommunicari non poſſunt.*

3 *Excommunicatio quid operetur.*

4 *Baptiſmi ſoſceptione efficitur particeps ſpiritualium.*

5 *Priuatio præſupponit habitum.*

§. IIII.

§ Altera quæſtio propoſita eſt,
1 † an Hæbrei, & alij infideles nõ baptizati comprehendantur ſub his bullis adeo vt ſi duellum cõmittant, pœnis in eiſdem Bullis contentis puniantur. Videbatur igitur dicendum non comprȩhendi, quia inter illas pœnas, vt vidimus ſup. hoc cap. in principio n. 12. adeſt excom-
2 municatio: † at hæbrei, & alij infideles non baptizati excommunicari
3 non poſſunt; † nam per excommunicationem quis vſu cõmunionis ſpiritualium Eccleſiæ priuatur, vt probauit poſt alios D. meus Vgolin. in tract. de cenſur. Eccl. Tab. 2. cap. 6.
4 quorum ſpiritualium † baptiſmi ſuſceptione particeps quis efficitur, vt tradidit Catechiſ. multis in locis in expoſitione illius articuli, Credo ſanctorum Communionem, & Nauar. de Orat. & hor. Canon. cap. 20. nu. 53. cum ſeq. quia ergo hębrei, & alij infideles non baptizati per baptiſmum Chriſti Dñi noſtri fidem profeſſi non ſunt, nec adhuc recepti ſunt ad cõionem Eccleſię, ipſi priuari non poſſunt per excommunicationem; priuatio. n. † præſupponit
5 habitum, & quod quis non habet illud ei adimi nõ poteſt. arg. c. ad diſſoluendum, & ibi Abb. de deſponſ. impub. & l. decem, & ibi Iaſ. ac DD. ff. de verb. oblig. & in re noſtra tradit Abb. in c. ab excommunicato. n. 9. verſic. Exemplum ſecundi. de reſcript. & in c. relatum. verſ. not. 1. & ibi Fely. de ſentẽ. excom. & Gemin. in c. Romana. §. vniuerſitatem. nu. 10. verſ. Item baptizatam, & ibi etiã Phi ipp. Franc. in verſ. in glo. de ſen. excom. lib. 6. & Couar. in cap. alma mater. p. 1. in principio nu. 1. de ſen. excom. lib. 6. & Mar. Socin. Sen. in c. mulieres. n. 26. cum ſeq. verſ. quinto quęro. de ſen. excom. & Syl. in verb. Excommunicatio. 1. numer. 7. & D. meus Vgolin. in tract. de Bulla Cœnę Domini. p. 1. cap. 9. num. 2. Præterea facit, quoniam ratio primaria ob quam prohibitum fuit duellum in his hæbreis, & infidelibus non baptizatis locum non habet, quæ eſt, quia ab ipſo duello oritur perditio ani-

Digitized by Google

animarum, ſed iam dęmon amplius nō curat infideles, cum iam ſui ſint, ergo. Poſtremo, quia legitur in cap. multi. 2. q. 1. ad nos non pertinet iudicare de ijs, quę foris ſunt: at hi ſunt tales ergo.

His tamen non obſtantib. contrarium ego tenerem his rationib. motus. Primò, quia per Bullam Clemē. VIII. qua confirmantur oēs alię conſtitutiones Summorum Pontificum, vt vidimus ſupra cap. 1. §. 3. omnes puniuntur: id quod indicat tum illud quacunq; poſitum in verſ. ac inſuper, ibi, inter quaſcunq; perſonas, quod verbū eſt generale, & omnes comprætendit. arg. c. quodcunque. 24. q. 1. & c. venerabilem prope finē qui fil. ſint legit. & c. ſolitæ. de maio. & obed. not. Iaſ. in l. ſi mihi, & titio. §. ſtipulatus. nu. 2. ff. de verb. oblig. & in l. quodcunque. ff. eod. ergo & hæbreos etiam, & alios infideles. Tum etiam, quia in cit. Bulla Clem. VIII. in verſ. quinimo. de nouo dicit Romanus Pontifex ſingulare certamen ineuntes, & ſic indefinitè loquitur, ergo omnes duellum committētes comprætendit; indefinita. n. locutio habet vim vniuerſalis. arg. l. de quibus, & ibi not. Bart. ff. de leg. 2. omnes ergo comprætenduntur, & q omne dicit, nihil excludit. arg. l. Iulianus. ff. de leg. 3. & ob id etiam hæbrei, & alij infideles; quod dictū etiam militat in ſuadente, prouocāte, præſtante opem, conſilium, ac fauorem; dicit nanque in cita. verſic. Quinimò de nouo, ibi, ſuadentes, prouocantes, opem, conſiliū, vel fauorem prēſtantes; omnia nanq; illa verba ſunt indefinita. Secūdo, quia iure naturali prohibitum eſt duellū, vt vidimus ſupra cap. 1. §. 1. quo iure hæbrei, & ipſi tenentur, ac alij infideles, ob id & ipſi comprætenduntur, ac a Bullis Romanorum Pontificū poſſunt puniri. Hinc ſi aliquis Gentilis qui non habet niſi legem naturæ, & contra legem faciat, poteſt licitè puniri per Papam, vt dicitur in 2. p. director. inquiſit. q. 46. num. 6. & tenent Hoſt. & alij cum Innocen. in c. quod ſuper his. de vot. & Alfon. à Caſt. lib. 2. de iuſt. hæret. punit. c. 14. verſ. Prima igitur belli cauſa, & ſeq. Quia igitur hæc ratio omnibus communis eſt, ob id & eadem iuris diſpoſitio cōmunis eſſe debet. arg. c. cum dilecta, de confirma. vtil. vel inutil. & l. illud. ff. ad leg. Aquil. Poſtremo duellum eſt delictum, cū ab ipſo oriantur mortes, mutilationes, & huiuſmodi; at hæbrei committentes delicta puniuntur, vt probatur in c. poſtulaſti, de iudæ. & arg. eorum, quæ dicit Hoſt. in Sum. in tit. de iudæ. §. quid ſi iudęus, ergo. Hinc iudęi, & alij infideles ratione delicti efficiuntur de foro Eccleſiæ, vt probatur in direct. inquiſ. ead. q. 46. nu. 5. Et præcipue cum prohibita ſint à Romano Pontifice, cuius poteſtas eſt ſuper infideles, quia eſt Vicarius Chriſti, illi. n. dictū fuit. Paſce oues meas, & tam fideles, quā infideles ſunt oues Chriſti per creationem, licet non ſint de ouili Eccleſiæ; poſſunt ergo puniri de iure, licet aliquādo non poſſint de facto. arg. cit. ca. poſtulaſti.

Non obſtat illud primum allatū in principio de excommunicatione, quia etſi ceſſat illa pęna, aliæ tamen adhuc locum habere poſſunt, & in ipſos poſſunt exerceri.

Non

Digitized by Google

Non obſtat ſecundum, quia immò adhuc & in ipſis viget illa ratio, licet.n.tunc ſint in ſtatu damnationis, poſſunt tamen ſaluari, cum adhuc ſit tempus, inquit enim Diuus Auguſt. in Pſal. 54. vt legitur in maiori Hebdomada ad Matutinum feriæ 5. Omnis malus aut ideo uiuit, vt corrigatur, aut ideo viuit, vt per illum bonus exerceatur. Quia igitur nemo ſcire poteſt ad quem certum finem quis viuat, ob id & in ipſis illa ratio locum ſibi vindicat.

Non obſtat, vltimum, quia intelligitur nos non debere eos iudicare excommunicando, vel compellendo ad fidem, ad quam ſola Dei gratia vocantur. c. de Iudęis. diſtin. 45. atq; ſic habetur in cit. 2. p. director. in cit. q. 46. n. 6. verſ. de Chriſtianis, ibi, nec eſt. Et de quæſtione itidem hac ſatis, ad tertiam veniamus.

S V M M A.

1 *Loca mediatè, & immediatè ſubiecta S.R.E. quænam ſint.*

§. III.

§ Tertia quæſtio explicanda propoſita hæc eſt, quęnam dicãtur loca mediatè & immediatè ſubiecta S. R. E. Id quod hic declarandum propoſui ſolúmodo ob declarationem terminorum, non autem vt neceſſarium, quia, vt vidimus, in omnibus locis duellũ eſt prohibitũ.

1 Loca † igitur immediatè ſubiecta S. R. E. Sunt. Primò illa, quæ eccleſiæ quidem ſunt, ſed in feudum ſunt conceſſa; eſto enim in illis alius vtile dominium habeat, iuriſdictionẽque exerceat, tamẽ immediate ſunt ſubiecta Romanæ Eccleſiæ, habito reſpectu ad directum dominium, qđ in ipſis habet, vt colligitur ex traditis per Rebuff. in ſua arbor. feudò. paulo poſt principium, ibi feudum eſt beneuola, & tradit Iaſ. ſuper vſibus feudor. num. 7. verſ. Vel poteſt aliqua definire, vt habetur in tit. in quibus cauſ. feud. amitt. in fin. lib. 2. feud. Omnes igitur Ciuitates, & loca ab Eccleſia in feudum data, ſunt ipſius S. R. E. immediatè. Secundo & quoad vtile, & quoad directũ dominium, & ſunt loca illa, ad quę gubernãda Romanus Pont. Magiſtratus, ac iudices mittit, cuiuſmodi sũt omnes Ciuitates Romandiolæ, vt Rauenna, Fauentia, Imola, Ariminum, Ceſena, Foriliuium, ſicuti etiã Bononia, & aliæ multæ, multaque inſignia oppida; Quemadmodum etiam in Piceno multæ Ciuitates, ac multa oppida, ac in Vmbria quoq;. In his enim habet directum dominium, ac vtile, quia ipſemet Romanus Pont. in illis ius dicit, & nullo intermedio, nulloq; intercedente illã dicta loca ſubiecta ſunt ſanctæ ſedi Apoſtolicę, ac gubernantur per Magiſtratus, & iudices ab ipſa miſſos. Hęc igitur dicuntur loca immediatè ſubiecta.

Mediate vero ea loca dicuntur, quæ ſunt ſubiecta illis Ciuitatibus, ac locis, quæ ſunt ſubiecta Sedi Apoſtolicæ ſecundo modo immediate, & ſic quæ ab illis locis reguntur, ac gubernantur per Magiſtratus, ac Iudices ab ipſis Ciuitatum Senatibus miſſos. Vt ecce Fauentia habet ſub ſe Ruſſium, Granarolum, Oriolũq; quę oppida regũtur, ac gubernãtur per Iudices miſſos ab Vniuerſitate Fauen. Sicque Imola habet Mordanũ, qđ oppidũ regitur à Iudice miſſo à Ciuitate Imolæ, & alia hmõi

ſunt loca, quæ dicuntur, & ſunt mediate ſubiecta S. R. E. ſcilicet per Fauentiam, Imolam, ipſis autem Ciuitatibus ſunt immediatè ſubiecta, ex quo per ipſas reguntur, ac gubernantur, non aũt p Magiſtratus miſſos à Sede Apoſtolica, atq; ſic tradidit D. meus Vgol. in tract. de Bulla Cœnę Domini. p. 2. cap. 20. n. 7. Vnde non ſunt audiendi, qui dicunt loca mediatè ſubiecta eſſe illa, quę in feudo ſunt conceſſa; nam ſunt re uera immediatè ſubiecta, quia Eccleſia Romana retinet directum dominium, licet feudatarij habeãt vtile. Sed de tertia q. itidem ſatis, iã quartam aggrediamur: id quod in ſeq. §. præſtabimus.

S V M M A.

1 *Duella plura committentes an in plures excommunicationes incidant, in vnam ve tantùm.*

2 *Delicta plura non tribuunt immunitatem à pœna.*

3 *Contumacia multiplicata pœnam multiplicat.*

4 *Percuſſione vna qui tres clericos percutit, in tot excommunicationes incidit, quot ſunt clerici percuſſi.*

5 *Delicta plura ſpecie diuerſa, vbi oriuntur ex aliquo facto pro ſingulis delictis pœna imponi poteſt, dummodo ea pœna poſſit iterari.*

§. VI.

1 Quarta quæſtio explicanda propoſita eſt † an ſi exempli gratia Titius plura duella cõmittat in plures excõmunicationes incidat, an in vnam tantum. Quoad hanc q. igitur teneo in plures excõmunicationes incidere. † Primo, quia plu-
2
ra delicta non tribuũt immunitatẽ à pœna. l. nunquam plura. ff. de priuat. delict. Præterea, ſi in excommunicationem incidit, qui ſemel duellũ cõmittat, ergo & in plures q̃ pluries illud committat, † q̃a cõtumacia multiplicata, & pœna multiplicari debet. arg. c. at ſi clerici. de iud. Tertio, † quia qui eadem percuſſione plures clericos percutit, in tot excommunicationes incidit, quot ſunt clerici percuſſi, vt probauit D. meus Vgolin. in tract. de cenſur. eccl. Tab. 1. cap. 16. §. 3. n. 8. & in tract. de Bulla Cœnæ Domini. p. 1. cap. 8. nu. 4. verſ. Præterea. Poſtremo in ſimili id probat idem D. meus Vgolin. in cit. capit. 8. de offendente Bullã Cœnæ Domini in pluribus capitibus, ſimiliter ergo in plures excommunicationes incidet, ſi plura duella committant; ſi dedita operã ſint ſpectatores duelli alterius pluries: ſi conſilium, aut fauorem præſtiterint ad plura duella & etiam ad vnum tantum, & huiuſmodi. Et hoc his rationibus. Prima † quia vbi quis q̃dquam facit, ex quo plura delicta ſpecie diuerſa oriuntur, pro ſingulis delictis pœna imponi poteſt, dummodo iterari ea pœna poſſit, vt tradidit Bart. in l. ſenatus. n. 1. verſ. ſi vero reſultant. ff. de accuſ. & in cita. l. nunquam plura. n. 11. verſ. Pro hoc at in caſu noſtro plura facta ſunt, & diuerſa, & excommunicatio iterari põt, vt probauit idem D. meus Vgo. in cit. tract. de cenſu. Eccl. c. 16. §. 3. Tab. 1. ergo. Secũdò nota, quia pro ſingulis excommunicatio, ac aliæ pœnę latæ, & impoſitæ ſunt, vt habetur in Bullis poſitis ſupra cap. 1. §. 2. & in vnoquoque caſu habetur. Item

ſunt

Digitized by Google

ſunt plura delicta ſpecie diuerſa, & vnum ſub alio non eſt, & ob id à ſeparatis non fit illatio. arg. l. Papinianus exuli. ff. de mun. Tertia eſt, quia vbi quis vnũ facit, quod habet multas qualitates, pro quibus ſingulis pœna eſt impoſita, in tot excommunicationes incidit, quot ſunt illę qualitates, vt diſputauit idem D. meus Vgol. in cit. tract. de cenſ. Eccl. eod. cap. 16. §. 3. num. 4. Tab. 1. ergo & in caſu noſtro, quia ſunt diuerſa facta, & ſi contrarium diceremus pęna delicto non reſponderet, cum incideret tantum in vnam excommunicationem, qui hæc omnia delicta committeret, ſicut is, qui vnum tantum. arg. c. 2. in fin. de ijs, quæ fiunt à maior. par. cap. & l. nam abſurdum. ff. de bon. liber. Ex his ergo habemus, qui plura duella commiſit, in plures excommunicationes incidere: ſicuti, qui dedit conſilium, fauorem, fuitq; ſpectator illius, & huiuſmodi.

Verum quid iuris, oblatum eſt alicui duellum, illud prouocatus non acceptat, aliter tamen ſe defendere nequit, quia iterum prouocans illũ aggreditur, an ſi poſtea coactus illud ſuſcipiat ſe defendendo peccet mortiferè, ac incurrat pœnas propoſitas duellum committẽtibus? Hoc abſoluam infra in ſeq. §.

SVMMA.

1 *Acceptans duellum eo quòd aggreditur à prouocante, & alter ſe defendere non poteſt, an in pœnas incidat.*
2 *Defenſor propriȩ ſalutis in nullo peccaſſe dicitur.*
3 *Defenſio omni iure eſt permiſſa.*
4 *Defenſio non poteſt tolli per Principē.*
5 *Peccatum non facit qui lege permittente aliquid committit.*
6 *Impoſſibile legi non ſubijcitur.*
7 *Clericus non efficitur irregularis ſi ſuum aggreſſorem occidat, vbi alias vitare mortem non poteſt.*
8 *Clericum verberans, ac interficiens ad ſuam defenſionem non incidit in pœnam canonis, ſi quis ſuadente diabolo.*
9 *Conceſſo aliquo omnia conceſſa intelliguntur, ſine quibus conceſſum haberi non poteſt.*
10 *Bonum alterius negligere poteſt quis ob ſuum.*
11 *Ordinarium remedium vbi habemus ceſſat extraordinarium.*
12 *Lex humana ordinaria non obligat cum vitę diſcrimine.*

§. VII.

1 In pręcedenti §. in fine propoſita fuit hæc quæſtio, † an ſi alicui ſit oblatum duellum, & illud ab altero non acceptetur, ſi poſtea iterum offerens aggrediatur illum, vnde prouocatus cogitur acceptare illud, acceptans peccet, & in alias pęnas duellum committentibus propoſitas incidat. Videbatur igitur dicendum illis pœnis obligari, quia quis debet quęlibet mala potius tolerare, quam malo conſentire. c. ita ne. 32. q. 5. iunct. tradit. ibi a Gloſſ. in verb. conſentire, ſicq; aſſerit Imm. in c. 1. in princ. de cler. pug. in duel. at ſi in hoc caſu duellum ſuſcipit, cõſentit malo offerentis illud, quia eſt cauſa vt peccet, ac incurrat pœnas alias. arg. c. fin. de iniur. ergo & ipſe. Præterea ſimpliciter duellũ eſt prohibitum tam ex parte offerẽtis, quã acceptantis, ergo nullo caſu debet

Digitized by Google

acceptari, atque ſic in ſimili dixit
Marc. Scarſell. in ſum. inſcript. Giar
dino de Sommiſti. p. 1. c. 232. n. 4.
Atqui contrarium tenendum eſ-
ſe cenſeo, ſcil. nec peccare, nec in ſu-
2 pradictas pœnas incidere, † quia de
fenſor propriæ ſalutis in nullo pec-
caſſe videtur. l. ſi quis percuſſorem.
3 ff. ad leg. Cornel. de ſicar. † quæ de-
fenſio eſt permiſſa iure diuino, natu
rali, gentiumq;, hinc dr̃ vim vi re-
pellere oẽs leges, & omnia iura per-
mittunt. c. ſignificaſti. 2. de homic.
& l. ſciẽtiam. §. qui cum aliter. ff. ad
leg. Aquil. c. dilecto. de ſent. exc. lib.
6. l. 1. §. cum vi, & l. 3. §. cũ igitur. ff.
de vi, & vi arm. l. 1. §. cum arietes. ff.
ſi quadrup. pauper. feciſſ. dic. & l. vt
vim. ff. de iuſt. & iur. vbi Gloſſ. non
conſiderans hanc defenſionem iu-
re naturali permiſſam eſſe, addit Iu
reconſul. intelligendum ibi fore iu-
re fori, non cœli, qua in re reprehen
ditur ibi per Caſtrenſ. & alios, vt pa
tet ex dictis Bart. & nouiſſimè ibid.
Riminald. nu. 10. Hoc idem tenent
DD. in cit. l. ſcientiam. §. cum aliter
& Angel. de Malef. in tit. ſe defendẽ
do, & Hyppol. in l. 1. in 9. limit. ff. de
ſicar. & Lud. Carer. in Pract. Crim.
in tit. de Homicid. §. 6. num. 26. &
Sot. de iuſtit. & iur. q. 1. art. 8. & Co-
uar. qui de communi Theologorum
ſententia teſtatur in Clem. ſi furio-
ſus. in 3. p. §. vnic. de homicid. nu. 1.
omni iure ergo defenſio eſt permiſ-
4 ſa. † Nec per Principem poteſt tolli
nec à ſuperiore. arg. §. ſed naturalia,
& ibi DD. Inſtit. tit. de Iur. nat. gen.
& ciuil. Bart. in tract. Qui ſunt rebel
les. §. mille librarum. num. 2. verſic.
Si vero, & in l. facultas circa prin-
cipium. C. de iure fiſc. libr. 10. Ol-
drad. in conſil. 43. Hinc Bald. in ca.
à nobis. in fine de except. inquit
ſi ſtatuto tollatur defenſio, intelli-
gitur de defenſione ciuili, non au-
tem de naturali, & idem firmat Fe-
lin. in cap. dilecti. num. 6. de excep.
& Marſ. in Pract. Crim. §. quoniam.
num. 7. cum multis ſequen. Cum igi
tur hoc ſit de iure naturali, illud ius
dictat, vt quiſquis potius vitam pro
priam, quam proximi tueatur, vbi
ſuam alias defendere nõ poteſt, ad
late tradita à Sayr. lib. 6. cap. 17. in
ſuo Theſaur. caſ. conſcien. nume. 1.
5 ibi, Cuius ratio eſt. † Quia ergo fa-
cit, quod a lege eſt permiſſum, non
peccat. arg. l. Gracchus. C. de adult.
& cap. qui peccat. 23. quæſt. 4. & l.
iuſtè poſſidet. ff. de acq. poſſeſſ. qui
vero non peccat, in excommunica-
tionem non incidit. arg. c. nullus, &
c. nemo Epiſcoporum. 11. quæſt. 3.
ergo. Præterea id ex neceſſitate fa-
cit, ergo puniri non debet. arg. cap.
inter alia. §. illud autem. de ſenten.
exc. & ca. quoniam multos. 11. q. 3.
nam duellum à iure eſt improbatũ,
vt probauimus ſupra: at iuri neceſ-
ſitas non ſubijcitur, vt dicitur in ca.
quanto. de conſuetud. & in capit. 2.
in fin. de obſeruat. ieiun. & ca. quod
non eſt. de regul. iur. libr. 6. & l. 1. &
ibi not. ff. de offic. conſ. ergo ob ne-
ceſſitatem poterit huiuſmodi duel-
lum inire, ſicque ex neceſſitate ſe
defendere. Poſtremo in hoc caſu
non eſt duellum acceptatum, ergo
pœnæ propoſitæ huic non conueniũt.
argu. l. Papinianus exuli. ff. de min.
& facit, quia actus agentis non ope-
ratur præter eius intentionem. ar-
gum. l. non omnis. ff. ſi cert. pet. & c.
cum voluntate. de ſent. exc. ac Bulla
excom-

Digitized by Google

excommunicat prouocãtes;& duel-
lum commitentes, non autem ſe de
ſendentes, ob id non debent puniri
per huiuſmodi Bullas, atque ſic in
hac materia mihi ſenſiſſe videtur
Armil. in verb. duellum, in princi-
pio,ibi ſi tamen. Addo legem debe
re eſſe de re poſſibili. c. erit aũt lex.
d. 4. at ſi vellet obligare ne quis in
eo caſu ſe defenderet,eſſet obligare
ad impoſſibile, cum ſit de iure natu
6 rali: impoſſibile † autem legi non
ſubijcitur.arg.c.2.de reg. iur. lib.6.
& l.impoſſibilium.ff. de reg. iur.er-
7 go.† Hinc nec clericus efficitur irre
gularis ſi ſuum aggreſſorẽ occidat,
vbi alias mortem vitare non poteſt.
Clem. vnic. de homicid. tradit D.
meus Vgol.in tract.de irregular.cã.
8 29.num.1.† Nec etiam quis incidit
in pœnam canonis ſi quis ſuadente
diabolo.17.q.4. ſi clericum verbe-
ret,vel occidat etiam ad ſuã defen-
ſionem, vt poſt alios tradidit idem
D.meus Vgol.in tract. de Bulla Cœ
nę Dñi.p.2.cap.11.§.2.n.3. ibi,con
trariam ſententiã. Immò & ob hæc
dicta teneo poſſe auxiliũ vocare, ſi
iniuſtè aggreſſus ſit, & alias mortẽ
vitare non põt,qa, ex quo defenſio,
9 vt dixi,permiſſa ac conceſſa eſt, † &
oĩa conceſſa intelligũtur, ſine quib.
conceſſum haberi non põt.c. pręte-
rea. de off.dele. & l.2.& ibi not.Iaſ.
ac DD.ff.de iuriſ.om. iud. & l.ad rẽ
mobilẽ,& l.ad legatum.ff.de ꝓcur.
Quib.omnib. ẽt addo, ex quo eſt ꝑ-
miſſa defenſio,vt dictũ eſt, & oĩbus
ẽt modis permiſſam eſſe debere,ob
id eſto videatur duellum,tñ nõ eſt;
ſeruat.n. moderamen inculpatę tu-
telę,quod eſt vbi eo prætermiſſo in-
iuria repelli non poteſt.

Non obſtat primum in contrariũ
adductum. Tum ꝙ non eſt cauſa,vt
in has pœnas incurrat, immo nõ ac
ceptando duellũ fecit quantũ in ſe
erat, ne pęnas propoſitas duellũ cõ-
mittentib.incurreret, vt p ſe patet.
Tum ꝙ in hoc caſu ex parte ꝓuoca-
ti dolus non adeſt, ob id ei vitio nõ
eſt tribuendum, cum aliter ſe defen
dere non poſſit.arg. eorũ, quę dixit
Gl.in c.ſignificaſti.2.de homic.iũc.
tradit à Bar.in l.1.C.vnde vi,quem
refert,ac ſequitur Abb.in c. olim.n.
15.verſ.Nunc q̃ro, ibi qñ aũt. de re
10 ſtit.ſpol. Tum ꝙ † debeo negligere
bonũ alterius pro meo bono,& pręcipuè vbi nõ eſt in caſu exp̃ſſę neceſ-
ſitatis,vt eſt in caſu noſtro,in quo ſe
ſponte poſuit, atq; ſic colligitur ex
dictis Greg.de Valen.Tom. 3. diſp.
3.q.17.Punct. 1. verſ. minor patet.
Tum deniq;, quia ob ſolam prono-
cationem offerens incidit in pęnas,
vt videbimus infra cap.6. vbi age-
mus de prouocante; quę in contra-
riũ adducta locum habere poſſunt
meo iudicio,vbi alias vitare aggreſ
ſorem poterat,& potius voluit ſic ſe
defendere;tunc.n. eſſet velle vti ex-
11 traordinario remedio: at † vbi ha-
bemus ordinarium,non eſt locus ex
traordinario.argu. l. in cauſis.ff.de
min.vel debet intelligi, alias dixi,
vbi nõ facit ad ſui defenſionem,ſed
ad tuendum honorem, & huiuſmo-
di,quod omnino eſt prohibitum.

Non obſtat ſm, qa illa eſt lex hu
mana ordinaria,q̃ nõ ꝓhibet, vt qs
poſſit effugere mortẽ certò imminẽ-
12 tẽ;† non. n.obligat cũ vitę diſcrimi
ne,iux.tradita à Greg. de Valẽ. To.
2.q.5.de legib.Punct.7. circa fi. vti
etiam refert eod. Tom. 3. punct. 1.

de rixa

Digitized by Google

de rixa. verſ. Item in cap. in fine. Et de hac quæſtione ſatis.

Quid iuris autem ſi offeratur, accipiatur, ac etiam cõmittatur duellum pugnis, an in has ſupradictas pęnas incident illud committentes? Hoc abſoluam in ſeq.

SVMMA.

1 *Duellum pugnis faciendum an & prouocans, & prouocatus ſi illud ineant, incidant in pœnas propoſitas duellum committentibus.*

2 *Definitionis verba cui conueniunt, & definitum conuenire debet.*

3 *Diſpoſitio ceſſat, vbi ratio diſpoſitionis locum non habet.*

4 *Duellum brachijs committentes an incidunt in pœnas.*

5 *Haſtiludia vulgo gioſtre, an cadant ſub bullarum prohibitione.*

§. VIII.

1 SQuæſtio hæc proponitur explicanda, † an ſi duellum pugnis committendum offeratur, acceptetur, committaturq;, & offerens, & acceptans illud incidãt in pęnas propoſitas ſupra hoc cap. in principio ijs, qui duellum committunt. In qua quæſtione videbatur dicendum in illas pœnas incidere, & hoc quia illud eſt duellum cũ fiat a duobus, vt ſupra dictum eſt capit. 1. in

2 principio. num. 3. & ſic verba † definitionis ipſis conueniunt, ergo & diſpoſitio conuenire debet. arg. l. 1. §. 1. ff. de dol.

Contrarium tamen concludendum eſſe cenſeo, & hoc ob hanc rationem, quia in hoc caſu ratio non viget, ob quam principaliter damnatum eſt duellũ, non. n. corpora fiunt pugnis cruenta, nec inde euenit animarum perditio, quia † igitur ceſſat 3

ratio prohibitionis, & prohibitio, & ſic diſpoſitio Bullarum ceſſare debet. arg. c. cũ ceſſante. de appell. & l. adigere. §. quamuis. ff. de iur. patr.

Non obſtat contrarium, quia licet ſit duellum, tamen illud omnino eſt improprium, vbi ſcil. nullum adeſt periculum mortis, aut mutilationis, aut vulnerationis ſaltem quo ad prohibitionem, ita intelligo dictum Sayr. lib. 7. cap. 13. in Theſau. caſ. conſc. inſcript. Clauis Regia. nu. verſ. annotandum eſt.

Peccant tamen mortifere illud committentes ob ea, quæ dixit Syl. ueſt. in verb. duellum. num. 2. in fin. quia licet non adſit prima cauſa, aliæ tamen ineſſe poſſunt, nempe odium, & innanis gloria, quicquid dicat Cataneus Epiſcop. Eccleſ. Chimens. in ſua ſumm. in verb. duellũ, in verſic. duellum ſemper, vbi tenet ſimpliciter non eſſe peccatũ, vbi nõ adeſt periculum vitæ, vel membro-

4 rum. † Quæ autem diximus vbi ſit pugnis, locum habent etiam, vbi ſit brachijs ob eandem rationem, quia hoc non tendit ad ſanguinis effuſionem, vnde nullo iure reperitur hoc prohibitum, & in hanc ſententiam accipi poſſunt dicta ab aliquibus, ſcilicet ſpectacula propter populi recreationem permitti tot. tit. C. de Spec. lib. 11. Spectacula igitur, quæ brachijs fiunt Lugi in feſto S. Hyllari illius terræ protectoris, ſub prohibitione Bullarum non comprehendentur.

5 Idem teneo de illis duellis, † quæ fiunt

fiunt haſtis, & vulgo dicuntur Gioſtre, vt Bononiæ, Ceſenæq; obſeruatur diebus genialibus.

Nec facit ſi dicatur poſſe etiam cõtingere corpora pugnis fieri cruẽta ſicuti & brachijs, ac haſtis, eo qđ & ſanguis eo modo effundi, morſq; interuenire poteſt, quia eſto hoc poſſit contingere, raro tamen id fiet, nec principaliter ob hanc cauſam fiunt hæc dicta ſpectacula, raroque hoc cõtingere poteſt: at lex adaptatur ad ea, quæ ſæpius accidunt. arg. l. nam ad ea. ff. de leg. ergo in ſupradictas pœnas non incidunt, atq; ſic ſenſit D. meus Vgol. in tract. ſuo de off. & poteſt. Epiſcop. p. 1. capit. 8. §. 2. nu. 2. verſ. quinto, ibi, quarto excipitur quoad duellũ quod fit pugnis. Et de quæſtione hac itidem ſatis.

At quid ſi bacculis faciendum offeratur, acceptetur, ac cõmittatur? Hoc in ſeq. §. expediam.

S V M M A.

1 *Duellum bacculis committentes incidunt in pęnas propoſitas duellum committentibus.*

§. IX.

Quæſtio hæc quoq; proponitur 1 §. † quid iuris ſcilicet ſi bacculis duellum faciendum offeratur, acceptetur, committaturque, an illud ineuntes incidant in pœnas poſitas ſupra hoc cap. 1. in quas incidunt illi, qui duellum committunt. In qua quæſtione breuiter concludo, & offerentem, ac illud acceptãtem in dictas pęnas incidere, & hoc ob eam rationẽ, quia ſæpius his modis mors interuenit, ob quam cauſam vidimus duellum prohibitum fuiſſe. Quia igitur ratio legis, ac prohibitionis locum habet, & eius diſpoſitio, ac prohibitio locum habere debet. arg. cap. cum dilecta. de confirm. vtil. vel inutil. & l. illud. ff. ad leg. Aquil. & l. ſi Titio. ff. de verb. obliga. Incidunt igitur in pœnas in hoc caſu, atq; ſic dixit D. meus Vgo. in tract. de off. & poteſt. Epiſcop. p. 1. cap. 8. §. 2. nu. 2. verſ. Quinto, ibi, Quarto excipiuntur; nam prohibitio duelli venit ob tentationem, inſtigationemq; diaboli, quę in eo fit ad indagandum veritatem, vel ob odium, vel periculum vitæ, & huiuſmodi, ita Syluest. in verb. duellum. n. 2. in fin. iunct. traditis ſupra cap. 1. in princip. Et de hac itidem quęſtione ſatis.

S V M M A.

1 *Acceptans duellum quia apud iudicem habetur pro conuicto de aliquo crimine, alias mortem vitare non poteſt, an incidat in pęnas propoſitas duellũ acceptantibus.*

2 *Prohibito aliquo generaliter, & illud etiam intelligitur denegatum, quod expreſſe non conceditur.*

3 *Occidere aliquem proprio gladio, vel alieno non differunt.*

4 *Coactus quiſnam dicatur.*

5 *Spontaneus quinam ſit.*

§. X.

Fere ab omnibus hanc materiã §. tractantibus talis caſus propo-1 nitur, an † ille, qui coacte ſuſcipit duellum, eo quòd pro conuicto habetur

habetur apud iudicem de aliquo crimine, alias ſi illud non ſuſcipiat, mortem vitare non poteſt, incidat in pęnas propoſitas hoc cap. in principio, exempli gratia Antonius accuſauit Ioannem innocentem apud iudicẽ de aliquo crimine falſo propter quod capite eſt plectendus, negat quidem Ioannes delictum, ſed quia Antonius præualet, iudex eum vult punire, offert Ioanni duellum, quod iudex permittit, immo dicit, ſi illud nõ accipias, ſine dubio ſcias te moriturũ. Caſus igitur & hic proponitur, q quidẽ vix cõtingere põt.

In hac ergo quæſtione duę DD. ſunt ſententiæ, quarum prima eſt Archiep. Floren. in 3. par. tit. 4. in fi. de mente Ricard. quem refert, ac ſequitur Armil. in verb. duellum in ſumma. n. 5. & Tabien. eod. num. 4. vbi multas opiniones recenſet, qui tenent huiuſmodi duellum non eſſe licitum, ob idq; illud acceptantem mortifere peccare, licet coactè duellum ſuſcipiat; minus tamen peccare, quam ſi ſpõte illud perpetraret. Hanc eandem opinionẽ tenent Innoc. in c. 1. in princ. de cler. pug. in duell. vbi dicit debere quem potius omnia mala tolerare, quam malo huic conſentire, vt dicitur in ca. ita ne. 32. q. 5. & in c. ita faciat. 22. q. 2. & Abulenſ. & Henric. & Michael Solon. quos refert, non tamen ſequitur Sayr. in Theſaur. caſ. conſc. inſcript. Clauis Regia. cap. 13. lib. 7. nu. 15. in principio: eandem opinionem tenet etiam Sylueſt. in verb. duellum. n. 2. verſ. ſed dico primo, ibi tertio modo indiſtinctè. Probatur autem horum ſententia. Primò, quia hoc duellum committere eſt duellare ad indaginem veritatis purgando per illud crimen, & ſic Deum tentant, quod non licet, vt alias dictum eſt, quia ordinaretur ad iudicandũ occulta, quæ diuino iudicio reſeruãtur. Secundo, quia hic non poteſt dici defenſor, cum ille ſolus defenſor dicatur, q inuitus cogitur ab actuali aggreſſore cum illo pugnare, vt vidimus ſupra hoc cap. §. 7. ſed iſte, qui prouocatur ad duellum in caſu propoſito non eſt aggreſſus, ſed potius dicitur & ipſe aggreſſor, ſeu ſaltem congreſſor, ergo. Poſtremò, qa duellum generaliter prohibetur tã publicum, quam priuatum; vt patet ex Bullis ſupra poſitis cap. 1. §. 2. & probauimus eod. cap. 1. num. 22. at
2 † vbi aliquid generaliter prohibetur, illud intelligitur denegatum, quod expreſsè non conceditur, ergo & in hoc caſu. arg. Clem. 1. §. porro. verſ. Nam vbi. de verb. ſign. tradit Marc. Scarſell. in Sum. inſcript. Giardino de Sommiſti. par. 1. cap. 232. num. 7.

Altera eſt Caiet. 2. 2. q. 95. art. 8. in reſp. ad tertium. verſ. In vno tamẽ caſu, & in Sum. in verb. duellũ. verſ. Suſcipere autem, ibi licitum tamen eſt. Hanc eandem opinionem tenet Nicolaus de Lyr. lib. 1. Reg. ca. 17. vbi de prælio Dauidis cum Golia agit in verb. Audita. verſ. Alio modo, vbi, & ipſe hanc q. ad partes diſput. eandem ſequitur Ioan. Andr. in addit. ad Gloſſ. 1. in cap. 1. de cler. pugn. in duell. & Ioan. de Friburg. in Sum. in tit. de duello. q. 3. ibi, Et dicit, quod illa, & Angel. in verb. duellum. num. 2. & Nauar. in Man. cap. 11. num. 39. verſ. ſecundus eſt, & cap. 15. num. 9. verſ. dixi duellum

illi-

Digitized by Google

illicitum, & Gregor. de Valen. tom. 3. diſputat. 3. quæſtio. 17. de rixa Punct. 1. verſic. Primum probatur, & Coſmus Plibari. de offic. ſacerdot. part. 2. libr. 4. capitul. 10. in fin. quos etiam refert, ac ſequitur Sayr. in citat. theſaur. caſ. conſcient. inſcript. Clauis Regia. cap. 13. nu. 15. verſ. Alij, & Tolet. in Inſtruct. ſacerdot. lib. 5. cap. 6. in fin. & Emanuel in Aphoriſm. confeſſ. in verb. duellum. n. 2. & Petr. Nauar. de reſtitut. libr. 2. cap. 30. num. 290. Probatur autem horum ſententia. Primò, quia licet videatur duellum, non eſt tamen proprie duellum, niſi quoad nomen, eſt autem proprie defenſio, ac repulſio contra inuadentem ſe perſonaliter ad mortem, vel mutilationem;
3 † non enim differunt inter ſe occidere gladio proprio, & alieno, vnde Nathan Propheta dixit Dauidi, vt dicitur lib. 2. Reg. capit. 12. numer. 9. interfeciſti eum gladio filiorum Ammon, vnde ibi notat Nicolaus de Lyr. in verb. Vriam Hæteũ, ille facit rem, cuius auctoritate fit, quæ defenſio, ac repulſio iure naturali permiſſa eſt, vt ſupradictum eſt hoc cap. §. 8. cum igitur illi non conueniant verba diffinitionis, nec definitum cõuenire debet. argum. l. 1. ff. de dol. & l. 4. §. toties. ff. de damn. infect. Secundò, quia quotieſcunque non poſſum aliter vitam, aut membrum conſeruare, minus malum eſt iniuriam ſic illatam repellere, atque adeo ſubire minus malum ad auertendum à ſe maius, quod ſibi paratur ob iniuriam alterius. l. vt vim. ff. de iuſt. & iur. cũ ſimil. cit. ſupra hoc ca. cit. §. 8. n. 3. ſed mors per iniuriam alterius certo nobis imminens multo maius malum eſt, quam incertum periculum mortis propriæ, quod incurritur per duellum, ergo licitum erit cum alterius diſcrimine etiam ſecundum ordinem charitatis inire duellum, quia hoc minus malum eſt incertum, & auertitur certum; Non enim teneor diligere, & ſeruare eũ, qui per iniuriam molitur inferre mihi malum, quia non eſt in extrema neceſſitate, eo quod ſua ſponte ponit & me, & ipſum in tali diſcrimine, & ob id licet mihi negligere illius bonum pro meo, atque ſic inquiunt Gregor. de Valen. ead. quæſ. 17. de rixa Punct. 1. verſic. Primum probatur, & Sayr. eod. cap. 13. num. 15. verſ. Alij.

Quid igitur concludendum? Ego ſic diſtinguendum cenſeo. Aut poteſt aliquo alio modo ſeipſum defendere euadendo iudicis manum, ſed magis eligit duellum committere, & in hoc caſu teneo ipſi non licere duellum acceptare; quando enim ſupereſt aliquod aliud remedium, vt mortem euitare poſſit, tunc non dicitur defenſio, ſed aggreſſio, cum egrediatur terminos, non enim cenſetur tunc ſe defendere, ſed oppugnare, quod vetitum eſt. argumen. capit. olim iunct. Gloſ. in verb. exceſſibus, de reſtit. ſpol. & facit capit. vt famæ. in fin. de ſenten. excommun. eſt quidem permiſſa defenſio ſed cum moderamine. citato capitul. vt famæ, & l. 1. & ibi DD. C. vnde vi. Et in hoc caſu locum habebit prior ſententia, ac opinio, atque ſic colligo ex dictis Gregor. de Valent. eadem quæſtio. 17. de Rixa. Punct. primo, verſicul.

Qui & hinc, & verſ. Nec poſtremo, & faciunt tradita à Bald. quem refert Illuſtriſs. Tuſch. in Pract. Concluſ. in litera D. concluſ. 805. nu. 23. & ſeq. Nam in defenſione imitari oportet, quantum fieri poteſt agentia naturalia, quæ optimo, & efficaciſſimo modo, quo poſſunt, reſiſtunt contrarijs, vnde eſſet inefficax modus, ſi poſſet vitare periculum mortis, & ſe exponeret ſponte illi.

Aut alio modo non poteſt ſe defendere, nec aliud remedium ei ſupereſt, & tūc teneo licitè poſſe duellum ſuſcipere; in hoc enim non eſt aggreſſor, ſed propriè defenſor, qđ patet, quia ei nullum aliud remediū reſtat propriam tuendi vitam: cum igitur non ſimpliciter, ſed coactè ſe defendat, nō poteſt dici aggreſſor, quia antecedens eſt falſum, ita Pet. Nauarr. eod. num. 283. in fin. & ob id cum ei verba non cōueniant, nec diſpoſitio conuenire debet. arg. l. 4. §. toties. ff. de damn. infect. & l. hos accuſare. §. omnibus. ff. de accuſa. & c. maiores. §. cæterum. & c. debitū. de baptiſ. & Clem. quod circa de elect. & c. ſi pater. de teſtam. lib. 6. & c. indēnitatibus. in fi. de elect. lib. 6. In re noſtra autem re uera hic dici-
4 tur coactus, † quia ille proprie ſic nominatur, qui patitur aliquid, aut agit impulſus à principio aliquo extrinſecus exiſtente, cui principio nihil inſeruiat faciens, vel agens, ſed præter eius voluntatem, ac rationē, ita ait Anton. Bernardin. Mirand. in Euerſ. ſing. certam. lib. 4. ſect. 4. in fin. & ſectio. 5. verſic. Ad hanc quæſtionem.

Id quod adeo verum eſſe cenſeo licet ipſe innocens ſit, qui dicat vel le duellum committere cum aduerſario, vt auertat à ſe id mali, atque ſic ſenſit Gregor. de Valen. eo. Pūct. 1. verſ. talis autem caſus, quamuis Bald. in l. 1. C. de edic. Diu. Adrian. toll. quem refert, ac ſequitur Iaſ. in l. ex hoc iur. & Ioan. de Friburg. in ſum. in tit. de duell. q. 3. lib. 2. ibi, & forte, contrarium videantur innuere, vt ſcil. non liceat hoc, niſi prius prouocatus fuerit, quod mihi non placet; ſemper enim, & quocunque modo, vbi aliter non poteſt, licet ſe defendere, quod & hic facit.

Nec obſtat illud generale dictū Innoc. quia debet intelligi, vbi ſuſciperet quis duellum ob honorem tuendum, vel ob aliam cauſam à lege improbatam, cuiuſmodi hæc nō eſt: ſed vt dixi tum hic, cum etiam ſupra hoc cap. cit. §. 8. permiſſa eſt.

Non obſtat etiam, ſi dicatur, ſi acceptet duellum peccat mortiferè, quia cooperatur illius peccato. Nā non peccat, quia vtitur iure ſuo, cū licitum ſit cuilibet vitam ſuam cum diſcrimine alterius, quoad fieri poteſt, defendere, vbi aliter ſe tueri nō poteſt, ob ea quæ diximus.

Quæ oppoſitio haberet locum ſi
5 ſponte duellum ſuſciperet. † Spontaneus autem eſt ille, quorumcunq; principium actionis eſt in eo, quod agit ſciens per ſe, non ſecundum accidēs omnia illa, in quib. ſunt actiones, & appetentiſſime pœnitentia, & dolore, vt inquit Bernardin. Mirād. ead. ſect. 5. verſ. His explicatis, de hac quæſtione itidem ſatis, necnon de committentibus duellum, iam de prouocante agamus.

De

Digitized by Google

De iis, qui puniuntur per Bullas, ac alia iura duellum prohibentia habito reſpectu ad eos, qui ad duellum aliquem prouocant. Cap. 6.

SVMMA.

1 *Prouocantes quinam ſint.*
2 *Prouocãtes ad duellum per Bullas duellum prohibentes varijs pœnis puniuntur, & quęnam ſint illę.*

QVartò eſt agendum de prouocantibus ad duellum, vnde de ipſis more noſtro prius videbimus, in quas pęnas incidant: ſecundo qñ; hoc tamen prius præmiſſo, quinam
1 ſcilicet ſint prouocantes. † Prouocãtes igitur ſunt illi, q primo diffidant alium ad duellum, & ſingulare certamẽ, & ſic qui primò cartellum, vt ita dicam, ad alterum mittunt; in duellis. n. vnus dicitur prouocator, ſeu prouocans, alter prouocatus, ſicuti in iudicio vnus dicitur actor, & alter reus, actor eſt, qui primo alterum ad cauſam vocat. c. forus. §. accuſator. de verb. ſign. cum ſimili. atque ſic in caſu noſtro docent Dec. in conſ. 487. num. 9. cum ſeq. & in cõſ. 686. in fi. & Socin. Iun. in conſ. 122. num. 24. cum ſeq. vol. 2. & Illuſtriſs. Tuſch. in Pract. concluſ. in littera D. concluſ. 806. Hoc ſic præmiſſo.
2 Prouocantes † his pœnis afficiuntur. Primò mortiferè peccant ob dicta ſupra cap. 3. num. 1. & infra cap. 9. num. 3.

Secundò incidunt in excommunicationem, vt de prouocantib. ad duellum publicum dicitur in Bulla Pij IV. in verſ. illosq; tam ad pugilles, ibi, ad id tentantes, & prouocantes, & tam de publico, quàm de priuato in Bulla Clem. VIII. in verſ. qui nimo de nouo: quæ Bullæ habentur ſupra cap. 1. §. 2.

Tertiò perpetuò ſunt infames, diffidati incidunt in crimen læſæ Maieſtatis, ſeditionis, rebellionis, cõfiſcationis, & priuationis bonorũ: ſunt inhabiles ad officia obtinẽda, ſunt interdicti, vti habetur in cita. Bulla Pij IV. & faciunt tradita ſup. eod. cap. 3. num. 4. cum alijs ſeptem ſequen.

Poſtremò, ſi eccleſiaſticæ perſonę ſint, puniuntur iiſdem pœnis, quib. vidimus puniri duellum committẽtes. cap. 5. in principio. nu. 14. cum ſeq. Vnde priuantur beneficijs, inhabileſq; ſunt ad beneficia obtinenda: ſed iam ſecundum videamus, quando ſcilicet in ſupradictas pœnas incidant.

SVMMA.

1 *Prouocantes ad duellum puniuntur per Bullas Romanorum Pont. prohibentes illud: quæ regula, quouſque pateat, declaratur.*
2 *Conſequenti prohibito, & antecedens prohibitum intelligitur.*
3 *Alternatiuę natura eſt, vt ſufficiat vnum caſum adimpleri.*
4 *Lex non facit actus ſuos fruſtratorios, vel qui facile poſſint reddi fruſtratorij.*
5 *Argumentum valet à multomagis.*
6 *Prouocare differt à duellum committere.*
7 *Ex diuerſis non fit illatio.*
8 *Separatorum ſeparata debet eſſe ratio.*
9 *Abſurdum eſt vitandum.*
10 *Sequentia declarant præcedentia.*

Digitized by Google

11 *Deliberatio requiritur in omnibus caſibus prohibitis.*

§. I.

Præpoſitis pœnis, quibus puniuntur prouocantes ad duellum, iam videamus quando il-
1 lis obligentur. † Prouocantes igitur ad duellum, incidunt in ſupradictas pœnas, vbi quem ad duellum tẽtant, ſeu prouocant, vt de duello publico habetur in Bulla Pij 4. in verſ. Illoſque tam ad pugilles taliter pugnantes, quam eos ad id tentantes, & prouocantes, & in verſ. alioquin eos, & etiam extra terras, & loca ditioni Eccleſię huiuſmodi, aut diffidationes deſuper facientes, & ad id tentantes, prouocantes, & cęt. & de duello tam publico, quam priuato in Bulla Clem. VIII. in verſ. Quinimo de nouo, ibi, aut prouocãtes. Id quod pro regula habebimus.

Quæ ampliatur, ac locum habet, primo in omnibus caſibus, in quibus ſuperiores ampliatæ fuerunt. Quare omnes comprehendit, cuiuſcunque ſint ſtatus, gradus, vel ſint ſubditi, vel non ſint ditioni S. R. E. vel prouocatio fiat in loco ſubiecto illi ditioni, vel non ſit, & ex quacunque cauſa, & eſto adeſſet priuilegiũ vel conſuetudo, & tam publicum, quam priuatum duellum ſit: in his igitur omnibus caſibus primo ampliatur. Tum ob ea, quæ dicta ſunt ſupra in alijs regulis in dictis caſibus. Tum etiam quia in his prohi-
2 bitum eſt duellum fieri: † at prohibito conſequenti, & antecedens ad illud etiam prohibitũ intelligitur. arg. l. oratio. ff. de ſponſ. ergo.

Item locum habet, vbi ex condicto prouocatio eſt facta, hoc eſt determinatè, ac deliberatè velle cum eo, quem prouocat ad duellum, certamen, & monomachiam committere, ita habetur in cit. Bulla Clem. VIII. in cit. verſ. Quinimo de nouo.

Tertio locum habet, vt prouocãs in ſupradictas pœnas incidat, licet poſteà duellum non ſit commiſſum, quod probo primò ex Bulla Grego. XIII. ibi enim extendit pœnas Concil. Trid. ad illos, qui duellum priuatum committunt ex condicto, eſto poſtea non ſequatur, vbi per eos non ſtetit, vt tenet etiam Illuſtriſs. Tuſch. in Pract. Concluſ. in litera D. concluſ. 805. n. 15. & probaui ſupra cap. 5. §. 1. ergo & prouocantes tantum ibi puniuntur, ex quo pęnis afficiuntur, eſto duellum non fuerit factum, modò per eos non ſteterit. Secundò id expreſsè colligitur ex cit. Bulla Clem. VIII. in verſ. Idem quoque iuris, ibi, etiam ducũ permiſſu ex condicto ad ſingulare certamen deſcendat, aut illum prouocet. Ecce ibi punit non ſolum ſi deſcenderint ad ſingulare certamen, verum etiam ſi ſolummodo eum prouocent: id quod ſignificat alternati-
3 ua aut, † cuius natura eſt, vt vbi in aliquibus caſib. eſt poſita, ſufficiat vnum caſum adimpleri. argum. l. ſi hæredi plures. ff. de condict. inſtit. & §. hæredi plures. inſtit. tit. de hæred. inſtit. & capit. fęlicis, de pœn. & Clemen. ſi quis ſuadente diabolo eod. Fruſtra autem ibi Summus Pon-
4 tifex illam poſuiſſet; † lex vero, ac legiſlator nõ faciunt actus ſuos fruſtratorios, vel qui facile poſſint reddi fruſtratorij. l. non cogendum. §. ſi

pro-

Digitized by Google

procuratori. ff. de procur. l. hæc ſtipulatio. §. diuus. ff. vt leg. nom. cau. ob id ſat eſt. Præterea in verſ. Nec non iiſdem pœnis punit eos, qui pactiones fecerint de dirimendo certamine, cum alter vulneratus fuerit: at vbi pactiones faciunt, nondum duellum eſt commiſſum, ergo prouocantes tãtum incidunt in pęnas. Tertio in verſ. pari ratione. ſub eiſdẽ pęnis ſimpliciter prohibet omnia, & ſingula ſcripta manifeſta prouocationes continentia, etiam ſi ſint ſine expreſſa prouocatione ad duellum, ſed tamen ſunt præparatoria ad libellos prouocatorios: ſi igitur ibi talia prohibentur, ex quib. materia oritur duelli perpetrandi, quantomagis, vbi expreſsè ꝓuocatio eſt
5 facta? valet †. n. argumentum à multo magis. auth. multo magis. C. de ſacroſ. Eccl. Nam intentio Romani Põt. eſt, vt ex ſuis verbis apparet, ꝓhibere ſub his pœnis non ſolũ duellũ, ſed cauſam duelli, quæ cã oritur ex prouocatione, ob id prouocantes in pœnas incidunt. Quarto in verſ. vel deniq; ab eodem Romano Põt. excõicatur, ac punitur eiſdẽ pœnis ille, qui ſcripturis ſpeciatim dicit ſe velle ſuſtinere aliquid ita fuiſſe, vel non fuiſſe; vel qui hoc dicit generatim contra quoſcunque illud ſuum dictum negantes: & in eo caſu non interuenit niſi ſola prouocatio, ergo. Poſtremo ĩ ver. Quinimo. de nouo inquit ſingulare certamen (quod duellum vulgo dicitur) ex cõpoſito ineuntes, necnõ id ſcelus ſuadentes, aut prouocantes: & idem dicit Pius IV. in ſua Bulla in cit. verſ. Illoſq; tã; ibi, ad id tentantes, & prouocantes, quę verba ſimpliciter, ac indefinitè ſunt poſita, ergo ſimpliciter, & indefinitè debent intelligi. argu. l. de ꝑtio. ff. de publ. in rem act. & l. ſi pluribus. ff. de leg. 2. & ob id nil aliud reqritur, ſed ſat eſt prouocationẽ interueniſſe, nec erit expectãdũ, vt in pęnas incidat duellũ com-
6 mitti, qa † verbũ prouocare differt
7 a verbo duellũ cõmittere; † ex diuerſis aũt nõ fit illatio. arg. l. Papinian. exuli. ff. de minor. Itẽ ſeparatim ibi excõicantur prouocantes, & duellũ
8 cõmittentes, † ergo ſeparatorũ ſeparata dẽt eſſe rõ. arg. l. fin. ff. de calum. not. Iaſ. in l. ſi ex falſis. n. 30. C. de trãſact. facit in ſimili c. grauem. de ſen. exc. & ſic in hoc caſu punitur affectus, licet non ſequatur effectus. Hinc in excõicationem Bullę Cęnę Domini inſequentes Cardinales incidere tenet D. meus Vgol. in tract. de Bulla Cęnę Dñi. p. 2. ca. 11. verſ. vel hoſtiliter inſequentes. §. 1. eſto Cardinalem nõ attigerint. Hinc ẽt in crimẽ lęſę Maieſtatis punitur affectus, eſto non ſequatur effectus, vt de cõi DD. ſententia teſtatur Iul. Clar. lib. 5. recept. ſent. §. lęſę Maieſtatis, ſicq; de conſuetudine obſeruari teſtatur Socin. Iun. in cõſ. 105. num. 37. libr. 3. Prouocantes igitur in has ſupradictas pœnas incidunt, eſto duellum non fuerit ſecutum, nec etiam ad actum proximum fuerit deuentum, atque ſic tradidit Illuſtriſ. Tuſch. in cit. Pract. cõcluſ. in littera D. concluſ. 805. nu. 16. ibi, etiam ſi nõ ſequatur certamẽ, ſicq; ſeruari in Romana Curia teſtantur D. meus Vgol. in tractat. de offic. & poteſt. Epiſcop. part. 1. capit. 8. §. 2. num. 2. verſ. Quartò, idq; ex ſententia grauiſſimorũ virorũ. Nec facit

ſi di-

Digitized by Google

ſi dicatur hæc eſt pœna humana, at in ipſam quis non incidit ipſo iure, niſi ſit delictum perfectum. arg. ca. cum in cunctis. §. fin. de elect. iunct. c. perpetuò. eo. lib. 6. quia in hoc caſu incidit; tum ꝙ ſic eſt expreſſum à Bulla, vt iam probauimus, tum ēt, quia delictum eſt perfectum quoad hoc eo, quòd perfecta eſt prouocatio, quæ eſt prohibita.

Quarto locum habet, eſto duellum non fuerit acceptatum, ſed ſat eſt, vt facta ſit prouocatio ob ea, quę diximus in proxima ſuperiori ampliatione; ſat enim eſt determinatè, ac deliberato animo factam fuiſſe prouocationem, nec requiritur, vt acceptata fuerit, alias & dantes cōſilium, & fauorem, ac auxilium in pœnas non inciderent, vbi ad id darent illud, niſi prius acceptatum eſſet duellum, quod eſt abſurdum, vt
9 videbimus j. cap. 9. §. 2. & ob id † nō dicendum, arg. l. nam abſurdum. ff. de oper. libert.

Quintò locum habet etiam ſi ſint milites; ipſis etiam nō licet ad duellum prouocare; tum ob dicta ſupra in prima ampliatione, quia omnib. hoc eſt prohibitum, vel id faciant ſub prætextu tuēdi proprij, vel alieni honoris more militari, & vt dicitur more cauallereſco, vel id faciant verbis vel ſcriptis: tum etiam quia ita habetur in cit. Bulla Clem. VIII. in cit. verſ. Præterea pari ratione, ibi ſub prętextu. Quib. add. dicta ſupra cap. 3. §. 1. nu. 6. verſ. octauo locum habet, ibi, non etiam. iunct. ibi not.

Sextò locum habet, vt in ſupradictas pęnas incidat, qui aliquem prouocauit, & præcipuè in excommunicationem, eſto deinceps eum pœniteat prouocaſſe; quia. n. per pœnitētiam excommunicatione non liberatur, ſed opus eſt abſolutione. arg. c. cum deſideres. de ſen. exc. ob id adhuc in excommunicationem, & pœnas eſt.

Septimo locum habet, vel fiat prouocatio verbis expreſſis, vel quibuſcunq; ſcriptis manifeſtis, quæ fides vulgo appellantur, etiam ſi in ipſis non contineatur expreſſa prouocatio, ſed ſolummodo ſint præparatoria ad duellum, & ad illud ſuſcitandum occaſionem præbent, vel fiant prouocationes per modum epiſtolæ, vel libelli, aut atteſtationis, vel ſub quocunque prætextu, vel quocūque alio modo, ita dicitur in cit. verſic. Præterea pari ratione.

Octauò locum habet, ſi ſe offerat quis contra aliquem certum, vel certam perſonam, vel generatim contra quemcunque ad probandum armis, & ad verificandum aliquid ita eſſe, vel fuiſſe, vel nō eſſe, nec fuiſſe, ita dicitur in cit. Bulla Clem. VIII. verſ. vel deniq;. Quare qui diceret, ego volo armis ſuſtinere, ac defendere contra te hoc ita eſſe, vel non ita eſſe. Vel paratus ſum ſuſtinere ac armis defendere contra quoſcunq; aſſerentes ita eſſe, vel non eſſe. Vel, qui contrarium aſſerunt, vel ita dicunt ipſis ſatisfaciā, aut id armis iuſtificabo, qui inquā ſic & alijs huiuſmodi diceret, in pœnas ſupradictas incideret, modo ſemper ex cōdicto id dixerint, ac intellexerint armis velle hoc ita ſuſtinere, ſecus ſi intelligat alijs probationib. Hinc perilluſtris, & Reuerendiſſimus D. Pindarus Cęlius mihi obſeruandiſſimus Dominus, cuius ſummum in iu

te

re Pontificio, ac ciuili ſtudium, ſummam prudentiam, ingenij, ac iudicij acumen teſtantur quamplura S. R. E. loca in quibus ius dixit, & præcipue Celeberrima Ferrariæ Vrbs, vbi Auditoratus officium Illuſtriſs. Cardinalis S. Clementis nuncupati honorifice exercuit: teſtatur id Illuſtriſs. & Reuerēdiſs. Cardinalis Valentius Fauentin. Epiſcopus, qui ad populos ſuæ Eccleſiæ gubernandos Vicarium generalem eum ſibi aſciuit: hinc inquam conſultus an quidā clericus incidiſſet in excommunicationem, & alias pœnas, qui dixit coram populo antequam eſſem clericus, prius fui miles, vnde ijs, qui dixerunt, ac affirmant hæc, & illa, ſatisfaciam, rectè, docteq; reſpondit in illas incidiſſe; ex quo enim prius dixit, fui miles, antequam eſſem clericus, ſignificauit per illa verba ar-
10 mis velle ſuum dictum probare; † ſequentia enim declarant præcedentia, & ècontra. arg. l. ſi ſeruus pluriū §. fin. ff. de leg. 1.

Poſtremo locum habet, vt ille ſupradictis pœnis puniatur, qui ſine ſcriptis denunciauerit, narrauerit, teſtificatusq; fuerit aliquid concernens prouocationes, vt dicitur in cita. Bulla verſ. Nec non in quaſcunque, & videbimus infra cap. 15.

Excipitur tamen primò, vt in has pœnas non incidat, vbi ſe parauit ad prouocandum, ſed poſtea nō prouocauit; nam Bulla punit prouocantes, cuiuſmodi hic nō eſt, ſed eſt mētalis tantum, in Bullis autem quæ prohibent duellum non puniuntur mentalia duella, ſed tantummodo realia. arg. c. fin. de ſimon. atque ſic dixit Nauar. in cōſ. 1. de purg. vulg.

Poſtremo excipitur, vbi quidem prouocauit, ſed abſq; deliberatione, ac determinatione, & ſic non ex compoſito, ob ea quæ dixi ſupra ca. 5. §. 1. ibi, Secundò, & hoc per verba Bullæ Clem. VIII. in verſ. quinimo de nouo, ibi, ex compoſito ineūtes, necnon id ſcelus ſuadentes, aut prouocantes, vbi denotat Romanus Pōtif. ex compoſito faciendam eſſe ꝓuocationē, vt quis incurrat pœnas: id quod ſignificat illud, necnon, & illa alternatiua aut. Quare ſi calore iracundiæ prouocaret, in pœnas nō incideret, Et hæc exceptio comprehendit omnes, qui puniuntur ꝑ Bul-
11 lam Clem. VIII. in omnib. † enim caſibus requiritur deliberatus, ac determinatus animus, ꝑ ea, quę dixi ſupra cit. cap. 5. §. 1. n. 1. verſ. tertio, & faciunt tradita ab Illuſtriſs. Tuſch. in Pract. concluſ. in littera D. in concluſ. 805. n. 16. in fin.

Quid iuris autem, quis nō prouocat quidem, vt duellum velit committere, tamen ob aliquam aliam cauſam diffidat eum, an incidat in pœnas? Hoc dicam in ſeq. §.

S V M M A.

1 *Prouocans aliquem vt appareat animoſus, & fortis, non autem vt duellum velit committere, an in pęnas incidat.*
2 *Loquela hominis indicat eius animum.*
3 *Agens agit propter finem.*
4 *Eccleſia non iudicat de occultis.*

§. II.

Quæſtio talis ꝓpoſita fuit in ſu-
1 periori §. fi. † an q prouocat aliquē ad duellū nō deliberatè, nec hoc animo, vt duellum committat, ſed

ſed vt appareat alijs præſentibus vir fortis, & animoſus, & vt alteri verecũdiam inferat, an inquam incidat in pœnas propoſitas duellum committentibus.

Videbatur igitur dicendum in pœnas incidere. Nam hic prouocauit, vt ex dictis patet: at Bulla prouocãtes punit, ergo; cui enim conueniũt verba legis, & diſpoſitio conuenire debet. arg. l. 4. §. toties. ff. de damn. infect.
2 † Præterea loquela hominis illius animum iudicat, vt inquit Bal. in l. ſed & reprobaui, in princ. ff. de excuſ. tut.

In contrarium verò facit, quia vt vidimus ſupra in cit. præcedenti §. ad hoc vt quis incurrat pœnas requiritur animi deliberatio, ac determinatio velle duellum cõmittere, quæ animi deliberatio nõ eſt in caſu noſtro, ergo.

Quid igitur cõcludendum? Ego ſic diſtinguendum cenſeo. Aut loquimur in foro conſcientiæ, aut in foro fori. Si loquimur in foro cõſciẽtiæ teneo in pœnas, et præcipuè in excommunicationem non incidere, & tunc ſecunda ratio locum habebit;
3 † omne enim agens agit pp finem, vt inquit Philoſoph. li. 2. Phiſicor. & actus agentis non operatur præter eius intentionem. l. non omnis. ff. ſi cert. pet. & c. cum voluntate. de ſent. excom. & c. ad audientiam. de decim.

Aut in foro fori, & tunc teneo in pœnas incidiſſe, & in hoc caſu procedunt primæ rationes;
4 eccleſia † n. non iudicat de occultis. c. quod nobis de clandeſt. deſponſ. & c. erubeſcãt. diſt. 32. & c. chriſtiana. 35. q. 5. & Gloſ. in cit. c. quod nobis, in verb. Compellendi. Et de hac q. ſatis.

Verum quid iuris, quis prouocauit ad duellum, poſteaq; illud commiſit, & vt vidimus prouocans incidit in excommunicationem, ac etiã duellum committens, an igitur incidat in vnam tantum excommunicationem, an in duas? Dicam infra in ſeq. §.

SVMMA.

1 *Prouocans ad duellum, & poſtea illud committens, an in vnam, pluresve excommunicationes incidat.*

2 *A verbis legis non eſt diſcedendum.*

3 *Species vna ſub alia non eſt.*

4 *Pœna impoſita in vna ſpecie an ad aliam transferatur.*

§. III.

§ Explicanda hæc talis quæſtio
1 propoſita fuit † an prouocans ad duellum, & poſtea illud committens in vnam, in duaſve incidat excommunicationes, quia ſcilicet prouocauit, & poſtea duellum commiſit.

In qua quæſtione videbatur dicendum in duas incidere, qui enim duellum committit, prius etiam ad illud prouocauit, & vtrique caſui impoſita eſt excommunicatio, vt patet ex dictis ſupra cap. 5. & hoc c. 6. vnde cum ſingulis excommunicatio ſit lata, ſi cõtrarium diceremus,
2 à verbis legis diſcederemus, † quod non eſt faciendum. arg. l. non aliter. ff. de leg. 3.

Contrarium tamen ſuadere videtur, quoniam prouocatio eſt quodã
3 modo ſpecies duelli; † at vna ſpecies ſub

ſub alia nõ eſt, vt docuit Philoſoph. ergo † pœna impoſita in vna ſpecie ad aliam non transfertur. argum. l. in agris. ff. de acq. rer. dom. & facit cap. pęnę. diſt. 1. & ibi Gloſſ. in verb. Italię. in fin. lex enim pœnalis non extenditur de vno caſu ad alium, etiam ſi omnino adſit eadem ratio. Hinc Apoſtata, qui etiam eſt hæreticus in vnam tantum excommunicationem incidit, vt probauit D. meus Vgol. in tract. de Bulla Cœnæ Domini. p. 2. cap. 1. verſ. Et à Chriſtiana fide Apoſtatas.

4

Quid igitur concludẽdum? Ego ſic diſtinguendum cenſeo. Aut cum eo, quem prouocauit, duellum commiſit, & eodem tempore, eodemq; impetu, & tunc in vnam tantum excommunicationem incidere concludo; prouocatio enim illa tunc eſt quodammodo pręambula ad duellum; at pręambula in ipſo actu continentur, vbi ad illum actum tendunt, ergo, & in hoc caſu ſecunda ratio adducta locum habebit. Aut aliquem prouocauit, & poſtea duellum cum alio commiſit, & in hoc caſu in duas excommunicationes incidere concludo: ſicuti ſi cum eodem, & multo magis ſi cum alio & diuerſo tempore, nec in eodem impetu, ex quo pro his ſingulis delictis excommunicatio eſt lata; quæ delicta commiſit, & ob id in excommunicationes illas impoſitas incidet, & pro hac re faciunt tradita ſupra capit. 5. §. 6. num. 4. ibi, ſimiliter ergo, & in his caſibus prima ratio procedit; illæ nanque ſingulæ actiones per ſe operantur, & vna ſub alia non eſt. argum. eorum, quæ dixit Bart. in l. 1. ff. de ijs, qui not. infam. ſed de his ſatis, iam de patrinis agamus.

De ijs, qui puniuntur per Bullas, ac alia iura duellum prohibentia, habito reſpectu ad Patrinos eorum, qui duellum committunt. Cap. 7.

SVMMA.

1 *Patrini officium quodnam eſſet.*

2 *Patrini eorum, qui duellum committũt, pęnis varijs afficiuntur per Bullas duellum prohibentes, & quanam ſint illæ pænę.*

3 *Patrini eorum, qui duellum committunt, quando puniantur.*

QVinto loco agendum eſt de Patrinis eorum, qui duellum committunt; † quorum officium erat antiquitus armorum qualitatem diffinire, proſpicere ſtadium, ne duellantibus fieret fraus, vltro, citroq; ante cõgreſſum commeare pugnatores, exercere certaturos in ipſo ſtadio, vt latè p Alciat. in tract. ſuo de duello, quem refert Ioſeph Ludouic. in deciſ. Lucenſ. deciſ. 11. n. 14. & ſeq. De his ergo ſicuti de alijs agamus. 1

Patrini igitur eorum, qui duellũ committunt, † puniuntur illis pęnis, quib. afficiuntur ij qui publicũ duellum committunt, quæ pœnæ imponuntur à Concil. Trid. in ſuo decreto poſito ſ. c. 1. §. 2. Id qđ colligitur ex copula illa Et, ibidem poſita, dũ dicit, & qui eorũ patrini, atq; ſic tenet Illuſtriſs. Tolet. in ſua inſtruct. ſacerdot. c. 6. nu. 33. verſ. ſecundò, & verſ. quartò, lib. 5. Sunt igitur excõicati. Item eorum bona cõfiſcantur. 2

Tertiò ſunt infames. Quartò, vt homicidę puniuntur. arg. eorum, quæ dicta ſunt ſupra de duellum committentibus. c. 3. in principio.

3 Incidunt autem † in illas dictas pęnas, vbi ſunt patrini eorũ, qui duellum publicum committunt, vt dicitur in cit. decret. Concil. Trid. ſed de his hactenus, iam de ſocijs, ac cõmeatum ſubminiſtrantib. agamus.

De ijs, qui per bullas, ac alia iura duellum prohibentia puniuntur, habito reſpectu ad ſocios duellantium, & eis commeatum ſubminiſtrantes. Cap. 8.

SVMMA.

1 *Socij qui dicantur. Item.*
2 *Qui commeatum præſtantes.*
3 *Socij eorum, qui duellum committunt per Bullas duellum prohibentes varijs pęnis puniuntur, & quęnam ſint illæ.*
4 *Socij eorum, qui duellum committunt, quando puniantur, & pœnis afficiantur.*
5 *Scientia requiritur vt quis puniatur de aſſociatione.*

SExto loco agẽdum eſt de ſocijs, ac commeatum ſubminiſtrantibus ijs, qui duellum committunt: quam rem antequam expediã, pręmittendum eſſe prius duxi ad maiorem declarationem, quinam dicantur ſocij, & qui commeatum ſubminiſtrantes.

1 Socij igitur † illi propriè dicuntur, qui pari conſilio, ſpe, & periculo rẽ aliquam aggrediuntur, vnde illud Virgil. Aeneid. 2. Addunt ſe ſocios Riphus, & Maximus armis Iphitus. Quare in re noſtra illi erũt ſocij, qui duellum committentes aſſociãt, nę timeant, illiq; animum augent, ſeq; exponunt eidem periculo.

2 Commeatum vero præſtantes † illi dicuntur, qui opem præſtant, vt habeãt facultatem abeundi, & eundi. His duobus præmiſſis, iam more noſtro ſeruato videamus, quibus pœnis afficiantur ſocij, ac commeatum pręſtantes. Deinde quãdo.

3 Socij ergo † eorum, qui duellum cõmittunt, necnon illis cõmeatum ſubminiſtrantes in has pœnas incidunt. Primò mortiferè peccãt. arg. eorum, quæ dixi ſupra cap. 3. n. 1. & infra cap. 9. n. 3.

Secundò incidunt in pęnas impoſitas à Concilio Trid. in ſuo decret. poſito ſupra cap. 1. §. 2. duellum publicum committentibus, vt colligitur ex Bulla Greg. XIII. p ea quę dixi ſupra eo. cap. 1. §. 4. Quare ſunt excommunicati, vt ex dicto decret. Conc. Trid. habetur iunct. cit. Bulla Greg. XIII. & expreſſe habetur in Bulla Pij IV. in verſ. Illoſq; tam ad pugilles, ibi commitantes, ac comitiuam præſtantes. Item eorũ bona confiſcantur. Item ſunt infames. Item vt homicidæ poſſunt puniri.

Tertiò incidũt in omnes illas pęnas impoſitas ab eodem Pio IV. in cit. Bulla, & cit. verſ. Illoſq; tã ad pugilles ob ea, quæ diximus ſupra c. 3. in principio. n. 4. & ſeq. Quare ſunt diffidati: incidunt in crimen læſæ Maieſtatis, vt ſeditioſi puniuntur, ac vti rebelles, fiuntq; inteſtabiles. Hæc igitur ſunt pœnæ, quibus afficiuntur.

Inci-

Digitized by Google

4 Incidunt autem † in has ſupradictas pœnas ſtatim atq; vel ſocij fiũt eius, qui duellum committere vult, ac committit, exempli gratia dicentes. Ne timeas, ſumus tecum, ac ſumus parati tecũ mori, & alia huiuſmodi aſſociantes eum, ac commeatum præſtantes, vt ire, ac abire poſſit, ita dicitur in cit. Bulla Gregor. XIII. ibi, vel ſocios. Id quod pro regula habebimus.

Quæ declaratur in omnibus caſibus, in quibus generaliter ampliatę fuerunt ſuperiores regulæ.

Item locum habet quocunq; modo aliquem aſſocient, vel commeatum prętent, ob verba illa poſita in cit. Bulla Grego. ibi, vel ſocios quouis modo ſe præbentes; verbum. n. illud quouis modo, eſt generale. arcorum, quæ in re noſtra dixit Ioſeph Ludouic. in deciſ. Lucenſ. in deciſ. 11. n. 26. & ſeq.

Excipitur tamen, vbi ignoranter aliquem aſſociauerint, vel commeatum illis præſtiterint, cum ob verba Bullę Gregor. XIII. in verſ. volentes etiam, ibi, commeatum, & alia ſubſidia ſcienter ſubminiſtrãtes, ergo ſecus ſi ignoranter, cum vnius incluſio ſit alterius excluſio; tum etiam

5 † quia ad hoc, vt quis puniatur de aſſociatione opus eſt, vt ſcienter aſſociauerit animo præſtandi auxilium, vel fauorem, vt per Bart. in l. 3. §. homines. ff. de bo. rap. & multos alios, quos refert, ac ſequitur Ioſeph Ludouic. in cit. deciſ. 11. nu. 24. Et de his itidem ſatis, iam de conſilium præſtantibus agamus.

De ijs qui puniuntur per Bullas, ac alia iura duellum prohibentia, habito reſpectu ad eos, qui conſilium dant in cauſa duelli. Cap. 9.

SVMMA.

1 *Conſilium dare quid ſit.*
2 *Conſilium dare duob. modis contingit.*
3 *Conſilium dantes ad duellum per Bullas, ac alia iura illud prohibentia varijs pœnis puniuntur, & quę nam ſint illę pœnę.*
4 *Iuri contrafaciens mortifere peccat.*
5 *Morte digni ſunt, qui morti conſentiunt.*

SEptimo loco agẽdum eſt de eo, qui conſilium dat in cauſa duelli, vt ſcilicet fiat, vel ad illud prouocetur; quam rem, vt magis claram
1 habeamus, hæc duo præmitto. † Primum eſt quid ſit conſilium præſtare, & quoad hoc dico nil aliud eſſe, quã ſuadere, monere, inſtigare, ſuggerere, hoc eſt verbis niti, vt duellũ quis committat, aliqua ratione, & quomodo fiat, inſtruere, ac docere quomodo ſe gerere debeat, atq; ſic ſenſit Bart. in ſimili in l. non ſolum. §. ſi mandato meo. in fi. ff. de iniur. ſicq; de conſulente, vt furtum quis committat, inquit Iureconſ. in l. furti. §. conſilium autem. ff. de furt. & de conſulente, vt quis in clericum manus injciat, dixit Syluеſ. in Sum. in verb. Excommunicatio. 6. nu. 5. verſ. quartum, ibi, ſed tamen verba talia ferunt, & Nauar. in Man. c. 27. nu. 78. verſ. Sexta declaratio, & D. meus Vgol. in tract. de Bulla Cœnæ Domini. p. 2. c. 11. verſ. conſilium, & in tract. de irregularit. c. 16. n. 1.

Digitized by Google

2 Secundò præmitto † duobus modis contingere conſilium dare. Primò, vt duellum fiat, vbi ſcilicet conſulit quis alicui, vt duellum ineat. Secundo docendo modum, quo poſſit duellum committere, vel facile, vel ſine periculo. Quare, qui docet qualiter arma tenere debeat; quomodo vulnerare alterũ poſſit: qua via poſſit vitare aduerſarium, & huiuſmodi, hic dicitur conſilium dans. His duobus ſic præmiſsis, modo, vti de alijs eſt factum, videamus quibus pœnis puniuntur, deinde quando.

Conſilium igitur dantes in cau-
3 ſa duelli † his pœnis feriuntur. Primo mortifere peccant: quod probatur primo. arg. c. cum quis. verſ. ſi vero iniectio, de ſent. excom. libr. 6. nã ſi quis ratam percuſsionem clerici non ſuo nomine factam habuerit, eſto in excommunicationem non incidat, tamen hunc peccare ibi Romanus Pont. dicit, ergo etiam in caſu noſtro, ex quo delictum, de quo his agimus, quod prohibitum eſt, grauiſsimum eſt, atq; ſic in ſimili inquiunt Caiet. in Sum. in verb. Excõmunicatio. cap. 47. verſ. tertium eſt, quòd dantes, & in verb. reſtitutio. cap. 1. verſ. ingrediendo, ibi, conſilium, hoc eſt dãs conſilium efficax, & Nauar. in Man. cap. 11. n. 15. ver. Sexto dicimus, & Tabien. in verb. Excommunicatio 5. caſ. 49. ibi, Nã omnia. Secundo ſic probo, duellum eſt à iure prohibitum, & ob id contra ius facit, qui in eo conſilium dat
4 at, † qui contra ius facit mortifere peccat; peccatum enim eſt dictum, aut factum, aut nuncupatum contra legem Dei, vel humanã, promulgatam, receptã, & nõ derogatam, &c. iuxta tradita per Nauarr. in Man. Prælud. 9. num. 7. verſicu. Quarto quòd peccatum. Tertio † quia digni
5 ſunt morte, qui morti conſentiunt, cum poſſint prohibere, & non prohibeant, vt habetur apud S. Pauli. ad Romanos. cap. 1. hi autem non ſolum non prohibent, ſed illum procurant, ergo. Poſtremo, quia in re noſtra id tenent Angel. in Summ. in verb. Duellũ, in principio, & Armil. eo. n. 3. ibi, & mortaliter peccant.

Secundò ſi ſunt clerici, & ex duello oriatur mors, aut membri mutilatio ſunt irregulares, vt dicitur in c. 2. de cler. pugn. in duell. atque ſic tradidit Armill. eod. n. 4. ibi, & mandans. Item priuantur ſuis beneficijs eccleſiaſticis; inhabiles ſunt ad illa, & alia habenda, ita dicitur in Bulla Pij IV. in cit. verſ. Illoſq; tam ad pugilles, ibi, & ſi eccleſiaſtici fuerint, & faciunt ea, quæ diximus ſupra. capit. 5. num. 22. cum duobus ſequen.

Tertio ſunt excommunicati, perpetuoq; maledicti, vt de conſulentibus ad duellum publicum committendum habetur in cit. Bulla Pij Quarti in cit. verſ. Illoſq. tam ad pugilles, ibi, necnon conſulentes, & in decret. Concil. Trid. & de conſulentibus ad duellum priuatum in Bulla Gregor. XIII. in verſ. volentes etiam, ibi, auxilium, conſilium, vel fauorem dantes; & tam de publico, quã de priuato in Bulla Clem. VIII. in verſic. quinimo de nouo, ibi, Opẽ, conſilium, vel fauorem præſtantes.

Poſtremo incidunt in omnes illas pœnas relatas ſupra capit. 3. nu. 4. cum ſequent. Tum quod eiſdem

pœnis

pœnis ibi relatis puniuntur per cit. Bullam Pij IV. in verſ. nos quorum, omnes illi, quos concernunt litterę Iulij II. Leonis X. & Clem. VIII. at per Bullam Leonis X. conſilium dãtes puniuntur, ergo. Tum quòd ex- preſsè id habetur in ead. Bulla Pij Quarti in cit. verſ. Illoſq; tam ad pugilles. Quænam autem ſint illę pœnæ dicas, vt in cit. nume. 4. ſed iam quando in has pœnas incidant, videamus.

S V M M A.

1 *Conſilium dantes ad duellum puniuntur per Bullas duellum prohibentes; quæ regula, quouſque pateat, declaratur.*
2 *Conſilium non cogit.*
3 *Verba propriè ſunt accipienda, & in fortiori ſententia.*
4 *Lex generaliter loquens generaliter intelligi debet.*
5 *Directe.* } *conſilium dare, quando*
6 *Indirectè* } *dicatur.*
7 *Arborem aſcendere qui dicit, nondum illam aſcendit.*

§. I.

SQuas pœnas incurrant conſiliũ dantes vidimus, modò alterum explicandum more noſtro amplectamur, quando. ſ. incidant in ſu-
1 pradictas pęnas. Incidunt igitur † in illas, vbi conſilium dant ad duellũ commitendum tam de iure, quam de facto ob ſupradictas Bullas Romanorum Pontificum, ac decretum Concilij Trident. poſit. ſupra capit. 1. §. 2.

Contrarium tamen videbatur dicendum, vt ſcil. conſilium dans non incidat in ſupradictas pęnas, & hoc
2 ob eam rationem, † quòd non cogit, qui conſilium dat, vt ſuum conſiliũ ſequatur, ita habetur in c. fin. 14. q. 1. & in cap. cum olim. de arbit. not. Gloſſ. in capit. nullus ex conſilio. de reg. iur. lib. 6. & Decius in l. conſilij. ff. eod.

Hoc tamen non obſtat, etſi enim conſilium non cogit ad faciendum quod conſulitur, ex quo tamen datur in delictis, obligatus remanet ipſum conſilium dans, vt habetur in l. 1. §. perſuadere. ff. de ſeru. corrupt. & in l. ſępe. ff. de verb. ſign. & in c. nuper. de ſent. excom. tradit Couar. in Clem. vnic. 2. p. §. 2. in princ. de homicidio. Præterea eſto conſiliũ non cogat, mouet tamen, & ob id illud dans debet puniri. Poſtremo id expreſſe habetur in Bullis, ac decret. Concil. Trident. ſupra cit. Quia igitur eſt delictum, & quia id lex expreſſit, ob id conſilium dantes compręhenduntur. arg. c. 1. de homicid. lib. 6. & cap. filius. de pœn. eod. lib. & Clemen. ſi quis ſuadente, de pęn. & Bulla Cœnæ Domini nouiſſime hoc anno promulgata à S. D. N. Papa Paolo V. Pontif. Max. multis in locis, alias ſuperuacanea eſſet huiuſmodi expreſſio. argum. l. 1. ff. ad municipal. & contra cap. ſi Papa. de
3 priuileg. libr. 6. † Et facit, quia verba propriè accipienda ſunt, niſi contrarium de mente loquentis conſtaret, & etiam in potiori ſententia. argum. l. non aliter. ff. de leg. 3. & l. cum quæritur. ff. de ſtat. hom.

in caſu autem noſtro non conſtat contrariam mentem eſſe loquentis, ſed velle eos comprahendere, ob id comprçhenduntur.

Id quod procedit, eſto in omnib. Bullis, ac Conſtitutionibus id non habeatur; & ſi enim vnus Canon id non dicit, ſed alius id addit, pro dicto id habetur, quod contingit Canoni, ſi quis ſuadente diabolo. 17. q. 4. ibi enim excommunicãtur inijciẽtes manus violentas in Eccleſiaſticam perſonam, & ibi etiam comprçhenduntur mandantes, conſulẽtes, iuuantes, & non prohibentes, nõ vi verborum illius Canonis, ſed legiſlatoris voluntate, qui voluit ad hos quoq; pertinere diſpoſitionem dicti Canonis ſi quis ſuadente. in cap. mulieres, & in c. quantæ. de ſent. excom. quo in loco id habetur. Super qua re interrogatus fui in concurſu meç parochialis Eccleſiæ S. Martini de Fornellino ab Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. Erminio de Valentibus S. R. E. Cardinali, ac Epiſcopo Fauentinæ Eccleſiç meritiſſimo. Pro regula igitur habebimus conſilium dantes in ſupradictas pœnas incidere.

Quæ ampliatur, ac locum habet in omnibus caſibus, in quibus ſuperiores regulæ ampliatç fuerunt. Quare omnes conſilium dantes comprçhenduntur. Item cuiuſcunq; ſint ſtatus, gradus, ac præeminentiæ, tum ob dicta ſupra; tum ob Bullã Clem. VIII. in verſ. Quiuè alijs, ibi, nihilominus cenſuris, & ob id tam clerici, quam laici comprçhenduntur. Item eſto non ſint ſubditi ditioni S. R. E. Item vel conſilium dẽt, vt fiat duellum extra loca ſubiecta iuriſdictioni eiuſdem S. R. E. Item quicunque ſint, quibus conſilium ad id dant. Item ex quacunq; cauſa. Item eſto adeſſet priuilegium, vel conſuetudo ſuper hoc. Item vel ſit publicum, vel priuatum duellum, in quo præſtant conſilium. In his igitur caſibus regula hçc ampliatur per dicta ſup. c. 3. 4. & 5. & per Bullas Pij IV. Gregor. XIII. & Clem. VIII. & per decretum Concil. Trid.

Item locum habet, vt incidant in pœnas non ſolum ſi conſilium dederint primo modo, ſed etiam ſecundo modo, duobus enim modis conſilium dare contingit, vt dictum eſt ſupra hoc cap. in principio n. 2.

Tertiò locum habet, non ſolum ſi ſtatim fiat duellum, verumetiam ſi poſt multum temporis, poſtquam conſilium ad id dederint; adhuc enim, qui conſilium dedit, in pœnas incidit, & hoc ob eam rationem, qa eſto tardius fiat, adhuc tamen eſt cã conſilium dans illius duelli, atq; ſic in ſimili de conſilium dante ad homicidium committendum vt fiat irregularis, dixit Inno. in c. ad audiẽtiã. verſ. Item non intereſt. de homicid. & eum ſequitur ibi Abb. in fin. & faciunt tradita à Bart. in l. non ſolum. §. ſi mandato meo. nu. 12. verſ. quæro mandaui tibi. ff. de iniur. & Nauar. in Man. cap. 27. n. 233.

Quartò locũ habet, vt in pœnas ſupradictas incidat conſilium dans, eſto dederit ſolummodo conſilium ad prouocationẽ, ita dicitur in Bulla Grego. XIII. ibi, etiam ſi illi; poſtquam enim dixit puniri mãdantes, inſtigantes, auxilium, conſiliũ, vel fauorem dantes, ſpectatores ex cõpoſito, & ſocios, ſubiungit etiam ſi illi,

Digitized by Google

illi, qui ad locum deſtinatum pugnaturi acceſſerint, impediti pugnam non commiſerint. Ecce ibi, eſto nõ fuerit commiſſum duellum, ſed tantummodo prouocauerint ex ſuo cõſilio, in pœnas incidunt. Idẽ & apertius inquit Clem. VIII. ibi, vel ad ꝓuocandum aliquẽ ad pugnam, & cę. auxilium, conſilium, operàvè præſtiterint, ſiue id ſuaſerint, aut mandauerint: & faciunt tradita ſupra ca. 5. §. 1. num. 3. verſ. nono.

Quinto locum habet, non ſolum ſi ſimpliciter conſilium datum reuocauerit, ſcilicet dicendo, ne facias illud, quod conſului, in quo caſu cõmuniter tenent DD. conſilium dantem adhuc de cõſilio teneri, verum etiam ſi contrarijs rationibus ſuadeat nullo modo debere duellum committere, ac ad illud prouocare, nam in caſu noſtro remanet obligatus; non. n. ſat eſt reuocaſſe cõſiliũ, quia iam ob conſilium datum incidit in pœnas, vt videbimus ĩ. hoc cap. §. 2. Hinc ceſſat illud, quod dicitur, videlicet, quem non incidere in pœnas, qui conſilium datum reuocauit non ſimpliciter, ſed contrarijs rationibus, vt de irregularitate, & excommunicatione tenent DD. vt colligitur ex dictis D. mei Vgol. in tract. de Irregular. capit. 16. §. 4. in principio, & in tract. de Bulla Cęnæ Domini. p. 2. cap. 11. verſ. conſilium. n. 4. vbi tenet non incidere in excommunicationem Bullæ Cœnę Domini, qui cõſilium dedit, vt Cardinalis offenderetur, ſi antequam delictum fuerit factum, conſiliũ reuocauerit non ſimpliciter, ſed rationibus contrarijs, eſto poſtea ſequatur homicidium: Si ergo in irregularitatem non incidit, minus in excõmunicationem, quia quis facilius fit irregularis, quam vt incidat in excommunicationem, ita DD. in caſu autem noſtro, vt dixi, licet contrarijs rationibus ſuadeat, ne fiat duellum, adhuc in excommunicationẽ, & alias pœnas propoſitas ad duellũ conſilium dantib. incidet, quia ſtatim ac conſiliũ dedit, illis obuoluit.

Sexto locum habet hæc regula propoſita, nõ ſolum ſi conſilium dederit ad duellũ immediatè peragẽdum, ſed etiam ſi ſolummodo illud dederit ad ſcribenda, dictanda, manifeſtanda, mittenda, deferenda, diuulganda illa ſcripta manifeſta, ac quaſcunq; chartulas prouocationem continentes, ita habetur in cit. Bulla Clem. VIII. ibi ſiue ad huius generis; ibi enim Romanus Pontif. non ſolum punit eos, qui auxilium, conſilium, fauoremve præſtiterint ad duellum faciendum, vel prouocandum, verum etiam compræhendit, ac eiſdem pœnis punit, qui ad ea dicta ſcripta ſcribenda auxiliũ, cõſilium, vel fauorem dederit, atq; ſic hunc caſum ibi compręhendi declaraui ſupra.

Septimo locum habet, eſto deinceps duellum non ſit factum. An igitur, qui conſilium dedit in pęnas incidit, ſi duellum non ſit factum? Hoc videbimus infra hoc capitu. §. prox. ſeq.

Octauò locum habet, eſto ſcripturæ illæ, quæ ſcripta manifeſta dicuntur, non prodierint in publicum, ad quæ facienda, dictandavè conſiliũ, auxilium, vel fauorem dederit, modo per eos non ſteterit, quominus publicentur, vel denuncientur, vt dicitur

citur in cit. Bulla Clem. VIII. ibi, neque ſcriptiones.

Poſtremo locum habet, vel directè, vel indirectè conſilium dederit, nam Bulla tum Greg. XIII. tum Clemen. VIII. generaliter loquuntur ob
4 verbum illud quomodolibet, † ergo & generaliter intelligi debet. arg. l. 1. §. & generaliter. ff. de leg. pręſtan. & Bullæ ſimpliciter loquuntur, nec diſtinguunt, ergo nec nos diſtinguere debemus. argu. l. de pretio. ff. de
5 publ. in rem act. † directè autem cōſilium datur, vbi quis conſiliū dat,
6 vt duellum committat. † Indirectè verò docendo modum, quo committatur. Quare, qui conſulit qua ratione armæ ſint fabricandæ, vt alter facilius ſuccumbat, vt audiui factum fuiſſe a quodam Duce, ad hoc vt eius Eques exiſteret victor, ac occideret aduerſarium: quomodo ſint tenendæ, exercendæ, qua hora, & huiuſmodi, in has pęnas incidet.

Excipitur tamen primò, vt in has pœnas non incidat, qui tantummodo habet animum conſilium dandi, ſed tamen illud non dedit; eſto enim hic peccet mortiferè, quia tamen re vera contra Bullæ diſpoſitionem non venit, nec in pœnas alias incidet; nam, vt alias dixi, mentalia duella, nec alia mentalia puniuntur per Bullas.

Secundo excipitur, vbi ignorantia ductus conſilium dedit, per ea quæ dicam infra cap. 11. §. 1. nu. 4. ibi, Excipitur tamen primo. Quare ſi quis, qui vult duellum committere petat ab aliquo Læmiſta, ac Gladiatore, qua via punctim offendatur aduerſarius, & id doceat Læmiſta ignorans hoc velle ſcire ad duellū, ſed credit hoc inueſtigari, quo id ſciat, tunc conſilium hoc dans in pœnas non incidet.

Tertiò excipitur vbi tantummodo dixiſſet ſe velle conſilium dare, ſed tamen nullo modo illud dedit,
tunc nec in pœnas incidit, † non. n. 7
qui dicit ſe velle arborem aſcendere, tunc aſcēdit, & qui dicit volo eligere, non elegiſſe per hoc dicitur; & q dicit ſe velle religioſum ac clericum percutere, non per hoc illum percutit. arg. eorum quæ dixit Gl. in l. arboribus. §. idem. ff. de vſufru. & Gloſſ. 2. in l. ementis. C. de contrahend. empt. & l. ſerui electione. in principio. ff. de leg. 1. Iaſ. in repet. l. admonendi. ff. de iureiur. & in l. more. ff. de iuriſd. omn. iud. Grāmatic. in conſil. Crimin. in conſ. 25. nu. 7. Bulla vero Greg. XIII. dicit auxiliū dantes, conſilium, & fauorem, quod ſignificat rem præſentem, aut, quæ iam cępta eſt, ſed nondum perfecta, quod denotat illud participium, ſi grammaticos audiamus, & non rē futuram, quod eſſet in caſu propoſito. Idem colligitur ex Bulla Clemē. VIII. in verſ. qui vè alijs, vbi adeſt illud verbum pręſtiterint, quod ſignificat rem iam factam, & non voluntatem, ac animum tantū. l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. geſt. Felinus tradit in c. nouerint. nu. 4. verſ. Item adde. de ſent. excom.

Poſtremo excipitur, vbi poſt duellum conſilium dedit ob ea, quę dicam infra c. 10. §. 1. n. 1. verſ. 4. excipitur. Et de hac re ſatis, iam quęſtionem propoſitam ſupra hic expediamus: id quod in ſeq. §. præſtabimus.

SVM-

Digitized by Google

SVMMA.

1 *Conſilium qui dederit, vt duellum aliquis committat, an incidat in pœnas, eſto duellum poſtea non ſequatur.*
2 *Verba cum effectu ſunt intelligenda.*
3 *Furti an teneatur, qui ad furtum committendum conſilium dedit.*
4 *Interpretatio benignior eſt facienda in pœnis.*
5 *Coniecturis non eſt opus in claris.*
6 *Et, copula denotat paritatem in caſib. copulatis.*
7 *Etiam, dictio exprimit caſum magis dubitabilem.*

§. II.

Hęc quæſtio propoſita fuit expli
1 canda in ſuperiori.§.† an,qui cō
ſilium dedit alicui, vt duellum
committat,incidat in pœnas propo
ſitas ijs, qui cōſilium dant ad duel
lum,ſi poſtea illud non fiat. In qua
quæſtione videbatur dicendum in
2 has pœnas incidere † quia verba cū
effectu ſunt intelligenda.arg,l. 1.§.
3 hæc verba.ff.quod quiſq. iur.†Hinc
nec furti ille tenetur, qui ad id con
ſilium dedit,niſi furtum ſit factum.
l.ſi quis vxori. §. neque verbo. ff. de
furt.& l.ſæpè.in fin.ff. de verb.ſign.
nam nec ij,qui delictum committe-
re volebant,incidunt in pęnas,ergo
multo minus conſilium eis dantes.
Hinc nec in excommunicationem
Bullę Cęnę Domini incidit, qui con
ſiliū dedit,vt Cardinalis interficia-
tur, vbi quod conſuluit,nec factum
eſt, nec facere illud conati ſunt, vt
tradidit Alphonſ.de Viuald.in Can
delabr. p. 2. in expoſit. Bullæ Cœnę
Domini caſ. 11. num. 89. & Iacob.
de Graff.lib.4. Deciſ. caſ. conſcien.
in expoſit. Bullæ Cœnę Domini. nu.
103.& D.meus Vgol.in trac. de Bul
la Cœnę Domini.p.2. cap. 11. verſ.
Conſilium.nu.3. ibi, primum igitur
in excommunicationem. Præterea,
qui duellum cōmiſſurus eſt, eſto in
animo tantum ſibi poſuerit illud co
mittere, ante ſaltem prouocationē
in pœnas non incidit, ergo nec qui
conſilium dedit in illas incidere de
5 bere videbatur. † Poſtremo ſumus
in pœnis, ergo benignior interpre-
tatio eſt facienda, & ob id dicemus
antequam res ſit ſecuta,in pęnas nō
incidere.arg.c.odia,& ca.in pœnis.
iunct.cit.ibi,à Gloſſ.de reg. iur.lib.
6.& l.interpretatione.ff. de pœn.

His tamen non obſtantibus con-
trarium teneo,ſcil.in pœnas incide-
re,eſto duellum,nec prouocatio ſint
ſecuta, modo conſilium ad hæc de-
derit,& hoc ob eam rationem, quia
ex verbis Bullarum conſtat legiſla-
torem voluiſſe in excommunicatio-
nem,& alias pœnas incidere ſtatim
atq; conſiliū,fauorem, auxiliumve
præſtiterunt, eſto res non ſit ſecuta,
vbi autem hoc conſtat,ſine dubio
5 incidit;†in claris enim non eſt opus
coniecturis. arg.l.continuus.§.cum
ita.ff.de verb.obliga. Probo autem
ſic legiſlatorem id voluiſſe. Primo,
quia in Bullis vbi puniuntur conſi-
lium,auxilium, ac fauorem dantes,
æquè principaliter puniuntur,& no
minantur ſicuti duellum commit-
tentes,ac alij,qui puniuntur, qđ pa-
tet ex Bulla Greg. XIII. in verſ. Volē
tes etiam locorum dominos ſi cer-
tamen ex condicto,ibi, omneſq; il-
lud fieri mandantes, inſtigantes,au
xiliū,cōſiliū, vel fauorē dantes, &c.

N Ecce

Digitized by Google

Ecce ibi omnes æquè puniuntur: id quod indicat illa copula, quæ, ꝑ &,
6 † quę denotat paritatem in caſibus copulatis, ſeu identitatem terminorum, vt per DD. in l. 2. C. de ſucceſſ. edict. & facit c. 1. §. 1. de feud. ma. & l. Seiæ. §. Caio. ff. de fund. inſtruct. & in l. ſi ſic. ff. quemad. ſeruit. amit. vbi ait naturam copulæ eſſe, vt in vnaquaque ratione copulata intelligatur illa qualitas ineſſe, quę eſt in vna: at alij ibi nominati puniuntur, eſto non ſequatur duellum, vt vidimus ſupra ca. 6. §. 1. n. 1. verſ. tertio ergo. Idem indicat illa alternatiua poſita inter illos copulatos: vbi autem adeſt alternatiua, ſat eſt partē adimpleri. arg. l. ſi hæredi plures. ff. de cond. inſtit. & §. ſi hæredi plures. inſtit. tit. de hæred. inſtit. Idemque habetur in Bulla Clem. VIII. in ver. quive alijs, ibi, auxilium, conſilium, operam, vel fauorem pręſtiterint, ſiue id ſuaſerint, aut mandauerint: & in verſ. quinimo de nouo, ibi, ex cōpoſito ineuntes, necnō id ſcelus ſuadentes, aut prouocantes, opem, conſilium, vel fauorem præſtantes. Vbi ergo æque compręhenduntur, vt dixi, & æque puniuntur, atq; ſic in ſimili dixit D. meus Vgol. in tract. de Bulla Cœnę Domini. p. 1. cap. 12. n. 3. verſ. tertio, ſi æque, vbi generaliter quæſtionem diſputat, an conſilium, auxilium, fauorem ve præſtantes, qui puniuntur à canone, vel lege ſtatim in excommunicationem incidant, vel requiratur delictum ſecutū eſſe, & faciunt tradita à Caiet. in Sum. in verb. Excommunicatio. ca. 25. verſ. Canonis iſtius materia, ibi, vbi nota primò, quem ſequitur Nauar. in Man. cap. 27. nu. 51. verſ. addo, quod refert; & apertius in Extrauag. de dat. & promiſſ. pro grat. vel iuſtit. obtinend. not. 26. nu. 43. verſ. ad oppoſita reſpondetur. Et ſic patet tacitò id apparere ex mente legislatoris. Secundò probo aperte id conſtare ex cit. Bulla Greg. XIII. Poſtquam enim enumerauit duellū committentes, dominos locorum, mandantes, inſtigantes, auxilium, conſilium, vel fauorem dantes, ſpectatores ex compoſito, ſubiunxit, eiſdem cenſuris ſubiacere etiam ſi illi, qui ad locū deſtinatum pugnaturi acceſſerunt; impediti, pugnam non commiſerint, ſi per ipſos nō ſteterit, quominus illa committatur. Ecce hic omnes illi ſupradicti pęnis puniuntur etiam ſi duellum non ſit commiſſum, ergo & conſilium dantes incidunt in pœnas, eſto res non ſit ſecuta. Tertio probo apparere id expreſſius ex verbis Clemen. VIII. in ſua Bulla in verſ. Quive alijs, ibi, Etiam ſi neq; pugna aliqua; illis. n. verbis dicit Clem. VIII. cenſuris, & pœnis omnibus contentis in ſua cōſtitutione, & in alijs prædictis, & in Decreto Concil. Trid. ſubiacere auxilium, conſilium, operam, vel fauorem, præſtantes, ſiue id ſuadentes, aut mandantes, vel ſe immiſcentes, ad ineundum publicè, vel occultè, ſingulare certamen, vel ad prouocādum aliquem ad pugnam, & ad ſcripta dictanda, & huiuſmodi etiam, inquit ibi Summus Pont. ſi neq; pugna aliqua, nec certamen, aut effectus, nec acceſſus, aut actus ad pugnam proximus, neque expreſſa, & aperta prouocatio ſubſecuta fuerit, ſi per eos non ſteterit, quominus publicatio, aut denunciatio fieret. Ecce

Digitized by Google

ce eſto actus non ſit ſecutus, tamen puniuntur, & ob id expreſſe apparet ſufficere conſilium datũ eſſe, ac conſilium dantem feciſſe quantum in ſe eſt; dictio namq; illa etiam, implicat alium caſum vltra expreſſum. l. etiam. C. ſi tut. vel cur. tradit Iaſ. in l. pecuniã. in principio. ff. ſi cert. pet. & not. Abb. in c. vnic. de comm. n. 3. Itẽ exprimit caſum † magis dubita-
7 bilem vt not. in rubr. C. etiam per procur. & in l. 1. & ibi Bart. C. eo. in fin. facit text. in l. etiam, & in l. illa verba. §. pueri. ff. de verb. ſign. Dec. in l. cognitio. nu. 2. ff. de off. eius; qđ re uera accidit in caſu noſtro; Nam Bulla nõ requirit damnum ſecutũ, ſed vt damnum eſſe poſſit, & ex parte conſilium dãtis nihil defuit. Quare vel ſit cõſulens, vel auxilium, vel fauorem præſtans, vel mandans, in ſupradictas pœnas incidunt ob ea quæ dicta ſunt, quæ locum habent in omnibus enumeratis in cit. Bulla Greg. XIII. ac Clemen. VIII.

Non obſtant contraria dicta, qa procedunt, vbi non conſtat de mente diſponentis. Non cõſtare autem intelligitur, vbi puniuntur ſimpliciter facientes, & cõſulentes, ac huiuſmodi, vt habetur in cit. Extrauagã. de dat. & promiſ. ibi enim excõmunicantur facientes, deinde dantes ad id conſilium, & tamẽ ibi ait Nauar. non incidere in pœnas, niſi re ſecuta, vnde illud, quod dixi de conſilium dante ad interficiẽdum Cardinalem, non incidit in excommunicationem latam per Bullas Cęnæ Domini, quia ſimpliciter puniuntur conſilium dãtes. Non eſt igitur hac de re dubitandum; & ſic ſat erit conſilium, auxilium, fauorem, & huiuſmodi præſtitum eſſe. Et de hac quęſtione ſatis.

Verum quid iuris conſulens non alloquitur eos, qui volunt duellum committere, ſed cum ijs perſonis, quas certũ habet relaturas ea, quæ dicit ijs, qui cupiũt duellum cõmittere, & id animaduertit, an in pœnas incidet? Itẽ q̃d iuris de eo, q̃ conſulit alicui, vt duellũ faciat, qui tñ ſine tali conſilio erat duellum commiſſurus? In ſeq. hæc expediam.

SVMMA.

1 *Conſulens mediatè alicui duellum, vel quid aliud prohibitum huiuſmodi, & ſic per interpoſitam perſonam, an in pœnas incidat propoſitas ijs, qui conſulunt duellum fieri, vel quid aliud circa duellum.*

§. III.

§. Duæ proponuntur quęſtiones explicandę, quarum prima hæc
1 eſt, † an, qui non alloquitur eos, qui duellum committere volunt, & ſic poſtea illud committunt, vel ſaltem ad illud prouocant, vel quid aliud faciant circa duellum, quod eſt prohibitum, ſed cum ijs perſonis loquitur, quas certum habet relaturas ea, quæ dicit, ijs, qui cupiũt duellum cõmittere, vel quos vellet duellare, & dũ illa dicit, id animaduertit, & ob id mediatè conſilium dat per interpoſitas perſonas, exempli gratia Titius dicit Seio, Franciſcus meus conſobrinus heri veſperi iniuria affectus fuit à Lucio, & vellem ſe liberare ab hac ignominia, & neſcio qua via id facere poſſit, ideo doceas quomodo id poſſit, & Seius

Digitized by Google

dicat animaduertens Titiū omnia relaturum Franciſco, ſuum eſſet ſecū duellum committere, vel illum prouocare ad illud verbis aut expreſſis, aut libello prouocationem continēte; ſi enim id, non facit, apud omnes ignauus tenebitur, ac de eius exiſtimatione ſine dubio amittet, an inquam per hæc verba Seius incidat in pœnas? Teneo in pœnas incidere, ſi id dixit vt conſuleret duellum. argum. c. quantæ. de ſent. excom. Præterea probatur ex veriſimili mente Summorum Pont. qui omnia procurant, ac omnem viam, & modum prohibuerunt ne duellū fieret, vt patet ex eorum Bullis, ergo & huiuſmodi caſum ab ipſis comprehēſum eſſe interpretabimur. Poſtremò per illa verba à Seio prolata oritur conſilium, Romani Pontifices autem in dictis ſuis Bullis prohibuerunt ſimpliciter conſilium dare, nec diſtinxerunt, an hoc, illovè modo, ergo neque nos diſtinguere debemus. arg. l. de pretio. ff. de publ. in rem act. & ob id vel mediatè, vel immediatè ſit datum conſilium in pœnas, illud dans incidet.

Immo teneo & in has pœnas incidere non ſolū in hoc caſu dicto, verùm etiam ſi ſimpliciter non interrogatus dicat alicui, vt referatur Franciſco, degenerum, ac vilem teneri, ſi non prouocet illum ad duellum, ac illud committat, qui ei illā iniuriam intulit; tū ob dicta ſupra: tum quia hic eſt ſuaſor, qui à Bullis etiam punitur, vt videbimus infra cap. 12.

Exciperem tamen eum, qui hæc diceret alicui ſuo amico, nō hoc animo, vt ea referat, neque vt conſulat, ac ſuadeat, ſed vt accidit, per modum loquendi inter amicos, quia ei verba prohibitionis nō conueniūt, nec prohibitio in hoc conuenire debet. arg. l. 4. §. toties. ff. de damn. infect. Sed iam alteram quæſtionem aggrediamur.

SVMMA.

1 *Conſulens alicui duellum, qui alias id erat facturus, an in pœnas incidat.*

§. IV.

§. Altera quęſtio propoſita hęc eſt, an qui conſulit alicui, vt duellū faciat, qui ſine tali conſilio illud erat facturus, incidat in pœnas ſupra dictas in principio huius cap. Videbatur igitur dicendum hunc in pœnas illas non incidere, quandoquidem cōſilium illud nihil operari videtur, † & ob id ex conſilio quis nō tenetur, vbi is, cui prętitum eſt, erat 1
delictum facturus. arg. ca. certis. de reg. iur. lib. 6. & l. 1. in fin. ff. de contrahend. empt. facit tex. in l. non ſolum. §. ſi mādato. verſ. Attilicinius. ff. de iniur. & l. ſępè. ff. de verb. ſign. Gloſſ. in c. ſicut dignum. §. qui verò. per illum tex. de homicid. & in cap. nuper. de ſent. excom. & in §. ope. inſtit. tit. de oblig. quę ex delict. naſc. Bart. in cit. l. ſępè, & Dec. in l. conſilij. ff. de reg. iur. & Felin. in cit. ca. ſicut dignum. §. qui vero, & Abb. ac idem Felin. & Dec. in c. 1. de off. deleg. quorum opinio eſt communis, quam ſequitur Iaſ. in §. actiones. nu. 3. inſtit. tit. de action.

Hoc tamen non obſtante contrariū ego teneo, ſcil. in excommunicationem, & alias pœnas incidere. Primo

mò, quia verba Bullarum huic conueniunt; nam conſilium dat ſine dubio, ergo & diſpoſitio conuenire debet. arg. l. 4. §. toties. ff. de damn. infect. Præterea cum dederit conſiliũ ad duellum, per ipſum non ſtat quin duellum ineatur, quod ſat eſt, vt incidat in pœnas, cũ ſatis habeat Bulla cõſilium ſuper hac re datum fuiſſe. Hinc diximus ſupra in præcedenti §. 2. dantem conſilium in pœnas incidere, eſto duellum nõ ſequatur, vbi dedit conſiliũ. Poſtremo per huiuſmodi conſilium tanquam magis incenſus induci poteſt quis ad duellum committendum, quod prohibitum eſt per Bullas, & pręcipuè per illam Clem. VIII. qui omnem modum prohibet, quo quis põt cõmoueri ad duellum committendum.

Non obſtat contrarium, tum ob rationes allatas ad confirmandam ſententiam quam teneo, quę & hic locum habent; tum quia non omnino procedit, vt non teneatur quis, nec puniatur pro eo conſilio, ſed mitiori pęna arbitrio iudicis puniri debet, ita teſtat Couar. in Clem. vnic. 2. p. §. 2. n. 1. verſ. verum diſtinctio, ibi, & verè hęc ſẽtẽtia iure magis. de homicid. Quoniã igitur punitur, & in caſu nr̃o puniri quoq; dẽt. Sed iã ad auxiliũ præſtantẽ veniamus.

De ijs, qui puniuntur per Bullas, ac alia iura duellum prohibentia, habito reſpectu ad eos, qui ad duellum committendum auxilium pręſtant.
Cap. 10.

S V M M A.

1 *Auxilium quid ſit.*
2 *Auxiliũ præſtari quot modis cõtingat.*
3 *Auxilium præſtantes ad duellum committendum quibus pœnis puniantur à Bullis duellum prohibentibus.*

OCtauo agendum eſt de eo, qui auxilium dat ad duellum committendum: quam rem antequam aggrediamur, duo præmittenda eſſe iudicaui ad faciliorẽ declarationem, maioremq; rei cognitionem.

Primum igitur præmittẽdum eſt, 1 quid ſit auxilium, † & eſt adiumẽtũ ope, ac rẽ alicui pręſtitum, vt definiuit D. meus Vgol. in tract. de Bulla Cœnę Domini. p. 2. cap. 11. verſ. ſeu præſtantes auxilium. nu. 1. Vnde ex hoc patet, qui verbis iuuant, non cõtineri ſub hac clauſula de auxilio, ſed ſub ea de conſilio, & fauore, ita probatur ex l. in furt. actione. §. ope. ff. de furt. & in l. ſępè. in fin. ff. de verbo. ſignif.

2 Alterum pręmittendum eſt † quot modis contingat auxilium pręſtari, & multis modis contingit. Primo nãq; auxilium præſtatur ad duellũ committendum, ſi ſciens arma quis dedit. arg. l. 3. ff. de ſicar. Secundò ſi ſciens pecuniam ei ſubminiſtrauit, qui duellum vult committere, qua emat arma, vel ipſa arma aliquibus daret, qui ei præſto eſſent, dũ duellum cõmitit, ac adiuuarent. l. ſi ſciẽti. ff. de parricid. atque ſic ſenſit Gl. in c. mulieres. §. fin. de ſent. exc. quã ibi ſequitur Mar. Soc. Sen. n. 50. q. 11. idem ſenſit Nauar. in Man. cap. 27. n. 78. verſ. Sexta declaratio. Tertiò, qui ei accommodauit ſocios, atque ſic tradidit idem D. meus Vgol. in cit. verſ. ſeu præſtantes auxiliũ. n. 2. Quartò ſi ipſe eius ſocius factus eſt,

eo

Digitized by Google

eo quod ſecum iuit, & ſuam præſentiam præſtitit, eumq; adiuuit vulnerando, vel quid aliud faciendo, vel illi erat paratus ad opem ferendũ, ſi ei opus eſſet. arg. eorum, quæ dixit Bartol. in l. qui ſeruo. §. ſi duo. ff. de furt. licet. n. vbi adiuuit, poſſit dici tãquam principalis in delicto, quoad hanc materiam tamẽ dicitur auxiliator, quia nõ eſt ille qui nec prouocauit, nec acceptauit duellum, & ob id nec ex compoſito, nec ex condicto inter hunc, & illum duellum eſt factum, quod requiritur, vt vidimus ſupra cap. 5. & cap. 6. His præmiſſis iam inſtituto noſtro ſeruato, videamus quibus pœnis puniantur hi auxiliantes.

3 Qui igitur † auxilium pręſtant ad duellum committendum incidunt in pœnas, in quas incidere diximus ſupra proximo præcedenti cap. de conſilium dante; & hoc ob eam rationem, quia in omnibus Bullis, ac decreto ſimul ſemper enumerãtur, & ob id, quæ huc pertinẽt, illinc ſummantur. Vnde alterum explicemus, qñ ſcilicet in illas pœnas incidant.

SVMMA.

1 *Auxilium præſtantes ad duellum committendum puniuntur per Bullas duellum prohibentes; quæ regula, quouſq; pateat declaratur.*

§. I.

§. Hic eſt agendum qñ auxiliũ præſtãtes incidãt in pœnas ipſis impoſitas per Bullas, quæ duellum
1 prohibent. † Incidunt igitur in ſupradictas pœnas, vbi auxilium, ac opem ferunt ijs, qui duellum committunt, ita dicitur in Bulla Grego. XIII. ibi, auxilium, & in Bulla Clemen. VIII. in verſ. Quive alijs. & in verſ. quinimo de nouo, ibi, auxiliũ, conſilium, & cęt. Id quod pro regula habebimus.

Quæ regula locum habet quacunque ratione auxilium feratur; multis enim modis dixi auxilium ferri in principio huius capitis. num. 2. & Bulla non diſtinguit de modo auxilium ferendi, ſed ſimpliciter loquitur, ergo neque nos diſtinguere debemus. arg. l. de pretio. ff. de publ. in rem act. verum ſimpliciter illam intelligere, ac interpretari debemus. arg. l. non aliter. ff. de leg. 3.

Item locum habet, vel tãtummodo auxilium dederit, non autem cõſilium, & hoc ob alternatiuam poſitam in omnibus Bullis duellum prohibentibus, ac hos compræhendentibus, quæ eſt, vel cuius natura eſt, vt ſolum vnũ ex alternatiuis adimpleatur. arg. l. ſi hæredi plures. ff. de condit. inſtit. & l. ſi hæredi plures. inſtit. tit. de hæred. inſtit.

Poſtremo locũ habet, & ampliatur, ſicuti ampliata fuit regula ſuperior tradita de conſilium dãte; etenim & in hoc caſu eadem ratio eſt, & ob id eadem iuris diſpoſitio eſſe debet. arg. l. illud. ff. ad leg. aquil. & c. cum dilecta. de confirma. vtil. vel inutil. Quare vel ſit publicum, vel priuatum duellum incidunt in pœnas. Item vel adeſſet conſuetudo, vt poſſet duellum committi. Item quicunque ſint, qui auxilium pręſtant, cuiuſcunq; ſtatus, gradus ſint. Itẽ eſto non ſint ſubditi ditioni S. R. E. Item quicunq; ſint quibus pręſtent auxi-

Digitized by Google

auxilium. Item ex quacunq; cauſa. Item duellum fiat etiam in loca extra iuriſdictionem S. R. E. Item non ſolum ſi ad duellum committendum, verum etiam ſi ſolummodo ad duellum prouocandum. Item ſi ad ſcripta, quæ continent prouocationem ſcribenda, dictanda, mittenda, defferenda, diuulgandaque. Item eſto poſtea pugna, certamen, ac duellum nō ſint facta, vel nullus effectus ſit ſecutus, vel nō fuerit ſubſecuta expreſſa, & aperta prouocatio, vel nullus acceſſus, aut actus proximus ad pugnā interuenerit, eſto ſcripturæ illę, quæ ſcripta manifeſta dicuntur nō prodierint in publicū, aut non fuerint denunciatę, modo per eos non ſteterit, quominus publicentur, vel denuncientur. In his ergo omnibus caſibus ampliatur.

Excipitur tamen primò, vt in has pœnas non incidat, vbi inſcius id fecit, vt pote dedit arma, pecuniam, & huiuſmodi, & ignorabat ad qd, ſed tantummodo illa ei præſtitit, quia ei erat amicus, in hoc igitur caſu teneo in pœnas hunc non incidere. arg. c. apoſtolicę. de cler. excom. min. & ca. fin. de cōſtit. lib. 6. & faciunt tradita infra cap. 11. §. 1. n. 4. ibi, excipitur tamen primò.

Secundò excipitur, vbi tantummodo diceret ſe velle auxilium dare, ſed illud nullo modo dat. arg. eorum, quę dixi ſupra ca. 9. §. 1. nu. 6. verſ. tertio excipitur.

Tertiò excipitur, vbi haberet tātummodo animum auxilium ferendi, non. n. mentalia duella hic puniuntur, & faciunt tradita ſupra c. 5. §. 2. nu. 6. verſ. quarto.

Quarto excipitur, vbi poſt duellum factum quis opem tulit non ratione duelli commiſſi, ſed ob aliam cauſam; nam Bullæ loquūtur de ijs, qui opem, auxiliumq; ferūt ad duellum committendum, ergo nō alijs, incluſio enim vnius alterius excluſio eſt. arg. c. nonne. de præſumpt. & l. cum prætor. ff. de iud.

Poſtremò excipitur, vbi auxiliū præſtat ei, ſed non ob duellum. arg. eorum, quæ dicam cap. 11. §. 1. nu. 12. verſ. tertio excipitur.

Verum quid iuris de eo qui cępit, auxilium dare, deinceps pœnitentia ductus deſinit illud præſtare, an & ipſe in pœnas incidat? Hanc quęſtionem in ſeq. expediam.

SVMMA.

1 *Auxilium præſtare qui incipit ad duellum committendum, poſtea deſinat illud præſtare, an incidat in pęnas propoſitas ijs, qui auxilium præſtant ad duellum.*

2 *Minima in iure non curantur.*

3 *Præſtiterint, verbum ſignificat rem perfectam.*

4 *A verborum proprietate non eſt diſcedendum.*

5 *Percutere qui incipit clericum, eſto desiſtat, incidit in pęnam canonis, ſi quis ſuadente diabolo.*

6 *Argumentum de toto ad partem valet.*

7 *Appellare is dicitur, qui iter arripit ad vrbem.*

8 *Minima in iure quandoq; curantur.*

§. II.

§ Quæſtio hæc explicanda propoſita eſt, † an qui cępit dare auxilium ad duellum committendum, ſi pęniten tia deinceps ductus 1

deſi-

deſinat illud præſtare, incidat in pę
nas propoſitas ijs, qui auxilium dāt
ad illud. In qua quæſtione videba-
tur dicendum non incidere; & hoc
2 primo † quia minima in iure nō cu-
rantur. l. Scio, in fin. ff. de in integ. re
ſtit. Secūdò, quia verba cum effectu
ſunt intelligenda. arg. l. hæc verba.
ff. quod quiſq; iur. ergo & in caſu no
ſtro debent intelligi cum effectu, vt
non ſolum incipiant illud dare, ſed
illud perficiant. Tertio, quia niſi prę
ſtent auxilium, prohibitionis ratio
ceſſare videtur, quia ſi non pręſtetur
auxilium, nec per illud fiet duellum.
Quartò, quia in Bulla Clem. VIII. in
verſ. Quive alijs, dicitur auxilium,
conſilium, vel fauorem pręſtiterint,
3 † quod verbum præſtiterint, ſignifi-
cat rem perfectam, & non volunta-
tem, ac animum tātũm; ac propriū.
l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. geſt. tra-
dit Felin. in c. nouerint. n. 4. verſ. Itē
adde, de ſent. excom, ergo non ſat
eſt cęptum eſſe.

His tamen non obſtantibus con-
trarium teneo; nam qui auxiliū cæ-
pit dare, auxilium dedit; at per Bul-
lam Clemē. VIII. indefinitè puniun-
tur, vt vidimus auxilium, ac opem
præſtantes in verſ. quinimo, ergo ſta
tim atq; auxilium cęperunt dare, in
4 pœnas incident, † alioquin diſcede-
remus à verborum proprietate con-
5 tra l. non aliter. ff. de leg. 2. † Hinc,
qui clericum percutere incipit in ex
communicationem c. ſi quis ſuadē-
te diabolo 17. q. 4. ſtatim incidit, vt
ibi dicitur. Prætereà ſicuti, qui totū
auxilium fert, in has pœnas incidit,
6 ita & qui patrem tantum; † valet e-
nim argumentum de toto ad partē.
tex. eſt in l. quę de tota, & ibi Gloſſ.
Bart. ac DD. not. ff. de rei vend. & in
c. paſtoralis. §. item totum, & ibi Gl.
Bald. & Abb. ac Felin. not. ff. de off.
deleg. latè Euerard. in loco à toto
7 ad partem. Hinc † ille dicitur appel
lare, qui iter arripit ad vrbem. c. di-
lecti filij. 2. de appell.

Non obſtat primum: tum quòd,
vt dixi, lex indefinitè loquitur, nec
diſtinguit de minimo, & de maxi-
mo auxilio, dum inquit auxiliū prę-
ſtantes, ob id neque nos diſtingue-
8 mus. Tū etiam † quia ratio eadem
poteſt eſſe in hoc, quæ in eo, qui to-
tum, ac integrum auxilium pręſtat;
forſan enim non feciſſet duellum, ſi
illud auxilium non habuiſſet, & vbi
ratio in minimo eſt, q̄ in toto, tūc &
minima curātur. arg. l. 1. & ibi Bal.
ac DD. not. C. q̄ res export. nō deb.
vbi ad Barbaros vinum deferri pro
hibetur etiā guſtus gratia, ne illius
dulcedine incitati Romanum impe-
rium inuadant, atq; ſic etiam dixit
Viu. in ſua Sylu. commun. opin. in
opin. 765. n. 2. cum ſeq. & faciūt tra-
dita in materia ſuſpenſionis, vbi ad-
huc quis dicitur ſuſpenſus, cui impo
ſita fuit ſuſpenſio quouſque ſatisfa-
ciat decem, quæ debebat, & mini-
mum quidpiam reliquum factū eſt
in ſolutione, atq; ſic probat D. meus
Vgol. in tract. de Cenſur. Tab. 4. c. 4.
nu. 7. & hoc, quia in eo minimo ad-
huc viget ratio. Hinc & in materia
reſtitutionis minima etiam quādo-
que curantur, vbi viget damnum in
eo minimo.

Non obſtat ſecundum, ſed potius
pro intentione noſtra facit; nam ſi
verba cum effectu ſunt intelligēda,
effectus horū verborū erit, vt q cępe
rint dare auxiliū in pęnas incidant.

Non

Non tertium etiam officit, quandoquidem Bullæ, & præcipuè illæ Greg. XIII. & Clem. VIII. conſiderant conatum, ac principium actus, vt patet ex dictis ſupra c. 6. §. 1. & c. 9. §. 2. & ſic illa prohibere voluerũt, quia ſciebant, vbi poſtea auxilium datum erat, illud dantes ab alijs iuribus, ac conſtitutionibus puniri; menti. n. legiſlatoris eſt inſeruiendũ, & maxime vbi id eſt veriſimile, quam ſimplici verborum cortici. l. ſcire oportet. §. aliud aũt. ff. de excuſ. tut. not. Gloſ. in l. ſi quis. §. idem Labeo. ff. de relig. & ſumpt. fun.

Non obſtat vltimum, quia quoad hoc dicitur res perfecta, cũ pars auxilij dicatur auxilium. arg. cit. l. q̃ de tota. ff. de rei vend. & ſic quoad illam partem, & principium. Sed iã de fauorem præſtante agamus: id quod in ſeq. faciemus.

De ijs, qui puniuntur per Bullas, ac alia iura duellum prohibentia, habito reſpectu ad eos, qui ad duellum committendum fauorem preſtant.

Cap. 11.

S V M M A.

1 *Fautor quiſnam dicatur.*

2 *Fauorem preſtari quot modis cõtingat.*

3 *Fauorem præſtare re, ideſt factis, quando dicatur.*

4 *Occultãs alterius delictũ illud facit ſuũ*

5 *Furti tenetur, qui res furtiuas à fure habitas recepit.*

6 *Fauorem preſtare verbis qualiter intelligatur.*

7 *Eps irregularis efficitur ſi ſit excõicatus; et eſt auctor vt corã ſe diuina fiãt*

8 *Fautor eorum, qui duellum committũt, in quas pœnas incidat.*

NOno eſt agendum de fauorẽ præſtante: q̃ rem vt dilucidã magis habeamus, præmitto prius 1 † quinam dicatur fautor, & eum dici opinor. Primo, qui opem fert duellum committentibus, quò illud faciant, vt id per ſe conſtat. Secundo, qui animum eis dat, vt duellum committant, & non diſcedãt ab eo propoſito, ſed in illud perſeuerent, & ſic perficiãt. Tertio, qui illud põt impedire, ac illud committere volentes auocare ab illo, & potius præſtat ſumptus, & neceſſaria ad id, & ſic non impedit, vt probatur in c. q. poteſt obuiare, 23. queſt. 3. Qui poteſt obuiare & perturbare percuſſos, dicitur enim ibi, & non facit, nil aliud eſt, quam fauere impietati eorũ. Ecce hic, ex quib. patet eũ fauere malis, qui ipſis non obſtat: idem hẽtur in c. quãtę. de ſent. exc. vbi Roman. Põt. inquit eos delinquẽtes facere interpretamur, qui, cũ poſſent, manifeſto facinori deſinũt obuiare.

2 Secundo pręmitto † quot modis contingat fauorem præſtari quatenus ad rẽ noſtrã pertinet. Et duobus modis contingit generatim. ſ. & ſpeciatim. Generatim quacunq; ratione re, aut conſilio, ratione ve alia qs aliquem iuuet, & ſic omnis, qui aut conſilium, aut auxilium pręſtat, de quib. iam dictum eſt hic in principio. Speciatim verò itidem duob. modis, ſcilicet re, & verbis.

3 Re, hoc eſt factis primo † ſi aſſiſtat dum duellum committitur, ne quis impedimento ſit duellum committentibus. arg. cit. c. quantę. de ſent. exc. ſecũdo ſi aſſiſtit, vt poſt duellũ eum recipiat domi, ac illũ occultet, ne capiatur, ac poſſit puniri; nam

Digitized by Google

4 † occultans alienum delictum illud facit ſuum, vt inquit Gloſſ. in l. 1. C. de ijs, q latr. occult. tradit D. meus Vgol. de occultante hæreticum in tract. de Bulla Cœnæ Domini. p. 2. cap. 1. verſ. Fautores. num. 17. facit
5 etiam, quia † & furti tenetur, qui res furtiuas à fure habitas recepit, vt dicitur in §. conceptum. in fin. Inſtit. tit. de oblig. quæ ex delict. naſc. Poſtremo, ſi qui tenentur ex officio, miſſi ſunt ad capiendos duellum ineuntes, vel ad eos impediendũ, eos non ceperint, nec illos impedierunt, vbi potuerunt, immò potius illud permiſerũt. His ergo modis re, hoc eſt factis fauere dicitur in materia noſtra duelli.

6 Verbis verò † fauor præſtatur primò commendãdo aliquem in hoc, eumvè laudando, vt ſi dicat eum eſſe virum fortem, verum militem, ac armorum profeſſorem, ſi duellum faciat, vel aliquem ad illud prouocet. Secundò ſi dum duellum committitur, ſciens velle iudicem illud impedire, vel velle mittere ſatellites, aut milites, aut ad eos capiẽdos, vel impediendos, detinuit verbis iudicem ne hoc faceret, dicens hanc non eſſe veritatem, nõ poſſe hoc eſſe verum, vel agnoſco ipſos non eſſe tales, & alia huiuſmodi. Tertiò auctoritate fauendo, vt dubitabat Titius duellum inire, quia dicebat, ſi hoc committo captus ero, vt afficiar varijs pęnis, & ipſe dicat ne dubites, quia apud iudices ſum magnæ auctoritatis, vel nonne ego ſum iudex? & alia huiuſmodi, quibus timorem illum ab eo expellit: vel ſi dicat Titius eſto prouocem illum, tamen poſtea impediar, & ob id duellum non perficietur, & ipſe reſpondeat, ego procurabo, vt illud perficies, quia adero cum meis ſocijs, ſic & is, cuius auctoritate alius in ſimplicem clericũ manus violentas iniecit in excõmunicationem incidit, vt dicitur in c. mulieres. §. 1. de ſent. excõ. ibi, ſed eorum auctor, vt inquit Gloſ. in cit. c. quãtæ. in verb. Conſentientes. eo.
7 Hinc † Epiſcopus irregularis efficitur ſi ſit excommunicatus, ſi eſt auctor, vt coram ſe diuina fiant, vt habetur in ca. illud, & ibi not. Abb. de cler. excom. min. & facit Clem. grauius. de ſent. excom. Quartò, ſi dum duellum committit, à lõge dicat alicui ne dubites, defẽdas te viriliter, & alia huiuſmodi verba. Poſtremò, ſi conſultus de duello committẽdo illud non diſuaſit; nam & delicto cõmiſſo, ſi mors, vel mẽbri mutilatio interueniat, fit quis irregularis, ſi nõ diſſuaſit delictum illud, quia verbis fautor fuit, vt inquit Innoc. relat. à Mar. Socin. Sen. quem etiam ſequitur in c. ad audiẽtiam, n. 352. q. 96. de homicid. Et his modis verbis fauere dicitur. arg. eorum quæ dixit D. meus Vgol. in cit. tract. de Bulla Cœnæ Domini. p. 2. c. 11. verſ. vel fauorem. n. 1. & ſeq. His ſic præmiſſis, modo vti mos noſter eſt, videamus in quas pœnas incidant fautores ſupradicti, qui ad duellum fauorem præſtant, deinde quando in illas incidant.

8 Fautores igitur † eorum, qui duellum committunt in eaſdem pœnas incidunt, quib. afficiuntur auxiliũ, & conſilium dantes, æquè. n. omnes puniuntur per Bullas, ac decretum Concil. Tridẽ. Quænam autem ſint hæ pœnæ, poſui ſupra cap. 9. quę igitur

tur huc pertinent, illinc ſumantur. Sed iam alterum videamus, ſcilicet quando illę pęnę ad eos pertineant: id quod in ſeq. faciemus.

S V M M A.

1 *Fauorem præſtantes ad duellum committendum puniuntur per Bullas, ac Decretum Concil. Trident. quæ illud prohibent; quæ regula, quouſque pateat, declaratur.*
2 *Immediate, & mediatè fauorem præſtare qualiter intelligatur.*
3 *Fauorem præſtare directè, & indirectè quomodo dicatur.*
4 *Factum pro infecto reddi non poteſt.*
5 *Ignorantia facti excuſat.*
6 *Bannitum recipiens ignorans eum eſſe talem, non incidit in pœnam latam contra recipientes bannitos.*
7 *Lex debet eſſe probabilis.*
8 *Lex nulla eſt tam generalis, quæ non recipiat reſtrictionem de habilitate.*
9 *Lex vna aliam declarat.*
10 *Lex generaliter loquens ſiue præcedat, ſiue ſequatur, debet limitari ſecũdum illam ſpecialiter limitantem.*
11 *Coactus vi præciſa non dicitur agere, ſed pati.*
12 *Vis præciſa quęnam ſit.*

§. I.

§. Quando fautor duellantium incidat in pœnas per Bullas duellum prohibentes, ac decretum Concil. Trident. modò eſt agendũ:
1 Incidunt † ergo in illas ſupradictas pœnas, vbi fauorem pręſtant ijs, qui duellum committunt, ita colligitur ex Concilij Tridẽ. Decret. ex Bullis ſupra poſitis cap. 1. §. 2. Id quod pro regula nobis erit.

Quæ ampliatur primò, vt locum habeat in omnibus modis, in quibus dicitur fauorem præſtari, & ſic vel re, hoc eſt factis, vel verbis fauor pſtetur, quos modos enumerauimus ſupra hoc cap. in principio. n. 2. cum ſeq. Tum quòd dicitur fautor quis, qui illa facit, quę ibi diximus, & Bullę non diſtinguunt, ergo neque nos diſtinguere debemus. Tum quòd meo iudicio quidem paruo id apertè probatur ex Bulla Grego. XIII. in verſ. Commeatum, & alia ſubſidia, vt equos, arma, pecuniam, & huiuſmodi, ergò quocunq; modo fauor, vel auxilium præſtetur incidit in illas pœnas, qui hæc facit.

Item ampliatur in omnibus caſibus, in quibus ampliatæ fuerunt regulæ ſuperiores tam de conſilio, quã de auxilium præſtante, ob rationem adductam in regula de auxilium dãte, ſupra cap. 10. §. 1. nu. 1. verſ. Poſtremo. Quare quicunq; ſint qui fauorem præſtant, cuiuſcunq; ſtatus, gradus, cõditionis, & tam maſculi, quam fœminæ in pœnas incidunt, quia omnes compræhenduntur. Itẽ ex quacunq; cauſa fiat duellum. Itẽ vel non ſint ſubditi, vel ſint ſubditi iuriſdictioni S. R. E. Item quicunq; ſint quibus fauor pręſtatur, & ſic vel faueat quis patrem, auum, filium, vel fratrem, vel laicum, vel clericũ, vel nobilem, vel ignobilem. Item ſi fiat duellum extra loca ſubiecta S. R. E. & tam in publico, quam in priuato duello: Item vel adeſſet conſuetudo, aut priuilegium: in his enim omnibus caſibus incidit in pœnas.

Tertiò locum habet, vel mediatè, vel immediatè, vel directè, vel indirectè fauorem præſtet. † Immediatè 2

intelligo, vbi per ſe fauorem pręſtat. arg.l.1.§.feciſſe.ff. per quē fac.erit. Mediatè verò, vbi per alios.arg.cit. §.feciſſe. iunct.cit. ibi à Gl.in verb. Alijs,& l.ſi per alium.ff.ne quis eū, qui in ius voc.& argu.l.is damnum
3 dat.ff.de reg.iur.cum ſimil. † Directè vero, qui ſimpliciter. Indirectè, qui per obliquum, vt detinendo aliquem, qui volebat impedire, ne impediat.

Quarto locum habet, etiam ſi poſtea ſe pœniteat fauorem ad id de-
4 diſſe † quia in hac materia quod factum eſt, infectum reddi nō poteſt. arg.l.in bello. §. infectę. ff. de capt. & poſtlim. reuerſ. & faciunt tradita ſupra cap.6.§.1.num.9. verſ. ſexto.

Poſtremo locum habet, vt in pœnas incidat, licet ob amicitiā principaliter fauor præſtetur, modò ob duellum id faciant; qui enim id faciunt, incidunt in pęnas, quia fauor ille redundat in duelli fauorē. arg. eorum quæ dixit D. meus Vgol.in tract.de Bulla Cœnæ Domini. p.2. cap.1.verſ.Fautores.n.11. Quod intelligo vbi fauorem pręſtantes ſciūt duellum ab eo committi.

Excipitur tamē primò, vbi ignorantia ductus quis fauet duellum committentibus; ſi enim ignorat, exempli gratia, quem duellum cōmittere, quia credit aggreſſum fuiſſe à ſuis inimicis, & clamat, ne animo cadat, ſeq; defendat, ac ſe præbeat virum fortem. Item ſi ei commodat arma, ignorat tamen ad qd ea velit, tunc exiſtimo, ac pro certo habeo in pœnas non incidere. arg. c.accuſatus.§. ille quoq;. de hæret. lib.6.& facit ca.apoſtolicę. de cler.
5 exc.min.† Nam hæc eſt ignorantia facti quæ excuſat, cum & prudentiſſimos fallat, vt habetur in c.ignorātia.de reg.iur.lib.6.& in l.regula.ff. de iur.& fact.ignor. & cit.c.Apoſto-
6 licæ,& c.ſi.de conſtit. Etenim † nec, qui bānitum recipit, quem talē probabiliter eſſe ignorat, in pœnam ſtatuti latām in recipientes Bannitos non incidit, vt dixit Barto.in l. om-
7 nes.2.C. de agric. & cenſ. † Poſtremo lex debet eſſe poſſibilis,& ſic de re poſſibili.c.erit autem lex.diſt.4. at ſi obligaret ignorantes, eſſet de re impoſſibili,& ſic iniqua, & cōtra l.impoſſibilium.ff.de reg.iur. ergo. Addo expreſſe hoc colligi ex Bulla Greg.XIII.in verſ. volētes, vbi multos copulatiuè punit, & inter illos ponit illud aduerbium ſcienter, ergo ſecus ſi ignoranter, quæ exceptio locum habet in omnibus ibi per eū enumeratis. Hinc itaq; ſi duellum commiſſurus vocat Titium ſuū amicum, hoc ignorante Titio, vt ſecūeat, & Titius eum proſequatur, ac commeatum præſtet, in pęnas non incidet, modò nil aliud faciat, ac cū animaduertit deſiſtat, & hoc, quia probabiliter ignorat vocatum fuiſſe ad commeatum illi pręſtandum pro duello faciendo. Vt aūt ignorātia excuſet, probabilis eſſe debet, vt ꝓbatur in cit.c.apoſtolicę. de cler. exc.min.& in c.vt animarum. de cōſtit.lib.6.& in cit.l.regula. §.ſed facti ignorantia,& id dixit Bar.in cit. l.omnes. de recipiente bannito.

Nec facit, ſi dicatur ſimpliciter, & generaliter Clem.VIII.in ſua Bulla in verſic. Quinimo de nouo.dicit opem, conſilium, vel fauorem pręſtantes, ergo & ſimpliciter, ac generaliter debet intelligi in quocunq;

caſu

caſu fauor præſtetur. arg. l. 1. §. & generaliter. ff. de leg. præſtan. & ſi Romanorum. diſt. 19. & l. Iulianus. ff. de leg. 1. quia reſpondeo primò nul
8 lam legem † eſſe tam generalem, quæ non recipiat reſtrictionem de habilitate. Gloſ. in l. 1. §. nunciatio, & ibi DD. ff. de oper. nou. nunc. & in l. vt gradatim. §. ſed ſi. ff. de mun. & honor. latè Bart. in l. omnes populi. ff. de iuſtit. & iur. At vt dixi, ſi in hoc caſu obligaret, eſſet de re impoſſibili, ergo debet recipere hanc reſtrictionem. Secundo † quia vna
9 lex aliam declarat, vt dicitur in l. vtrum. ff. de pet. hæredit. & in l. nam & poſteriores. ff. de leg. vt eſt illa Gregor. XIII. in qua vt dixi, prohibet, vbi ſciēter duellum eſt factum, ob id illa Clemen. VIII. ſic intelligenda eſt: quæ declaratio præcipue procedit, vbi lex vetuſtior recentem declarat. argum. l. non eſt nouum. cum duabus ſequen. ff. de leg.
10 † & facit, quia lex generaliter loquens ſiue præcedat, ſiue ſequatur debet limitari per aliam legem illam ſpecialiter limitantem. l. in toto. ff. de reg. iur. & c. generi per ſpeciem. de reg. iur. libr. 6. & Gloſſ. in l. ſciendum. ff. qui ſatiſdat. cogan. & authen. offeratur. C. de lit. conteſt. tradit poſt alios Dec. in citat. l. in toto.

Secundò excipitur, vbi ei fauet ob metum, modo fauor non ſit in cōtemptum Eccleſiæ; tunc enim, vbi ob metum fauet, non incidit in pœnas. arg. c. Iulianus. iūct. Gl. 11. q. 3. & facit c. ſacris. de ijs, q̄ vi metuſve cauſ. fiunt, tradit Nauar. in ſimili de fautore hæreticorum. in conſil. 22. lib. 5. de hæret. & D. meus Vgolin. in tract. de Bulla Cenę Domini. p. 2. cap. 1. verſ. receptatores. §. 2. nu. 3. quare ſi ſit vis pręciſa, nemo de hoc
11 dubitabit, † quia tunc non dicitur quis agere ſed pati. argum. cit. cap. ſacris, & facit c. contra chriſtianos.
12 de hęret. libr. 6. † Quæ vis præciſa erit, ſi quis commiſſurus duellum, conſtringat, ac detineat dominum temporalem, aut eius locumtenentem, vel ſatellites, ne impediant illud dum ſit. Non etiam dubitandū erit, eſto non ſit vis præciſa, ſed tamen adſit metus mortis, vt ſi aliqs potens, qui vult duellum committere, dicat alicui, qui non audet ei contradicere, venias mecum, quia volo cum Seio duellum committere, & ſi clamauero occurras, vel ſta in tali loco, & ſi venerit aliquis, qui velit impedire, ei obſtat, & ſi hoc nō feceris te occidam. Vel ſi dicat da mihi enſem, illaq; arma defenſiua, quæ domi habes, quia volo duellū inire cum Sempronio, & ille reſpondeat nolo hoc facere, ille autem dicat, ſi hoc non feceris cum primum potero te occidam, & ille timens mortem, quia iſte talis ſolitus eſt occidere, hæc omnia faciat, tunc in pęnas non incidet; non enim in hoc caſu veriſimile eſt iudicem, qui ob oculos ęquitatem habere debet. argumen. l. quod ſi epheſi. ff. de eo, quod cert. loc. & minus legem, qua cum mitius ágimus, quam cum homine, & minime omnium Eccleſiā, quæ benigniſſima mater eſt, voluiſſe tanto periculo quem obligari, & præſertim, quia id non facit fauore duelli.

Tertio excipitur, vbi ei fauet ob aliam cauſam, & non ob duellum,

Digitized by Google

nec fauor vllo modo reſpicit duellum, tunc in pœnas non incidit; nã prohibitum eſt præſtare fauorẽ duelli cauſa, ergo ſecus, ſi ob aliud; ceſſante enim cauſa prohibitionis, & prohibitio ceſſare debet. arg. c. cum ceſſante, de appellat. & l. adigere. §. quamuis. ff. de iur. patronat. Si ergo quis exẽpli gratia domi recepit fratrem vel amicum, qui quidem duellum commiſit, ſed non recepit, vt eum aliquo modo faueat, quia iam illud iniuit, ac periculum euaſit, in pœnas non incidit. arg. eorum, quæ dixit Nauarr. in conſ. 23. num. 8. de ſent. excom. & in Man. cap. 27. nu. 55. verſ. quarta, & Illuſtriſs. Tolet. in Inſtruct. Sacerdot. de Bulla Cœnæ Domini excommunicatio. 1. n. 21. cum ſeq.

Poſtremo limitatur in omnibus alijs caſib. in quib. limitatę fuerunt regulæ de auxilium, ac conſiliũ dãte, quæ habentur ſupra cap. 9. §. 1. & capit. 10. §. 1. Quare ſi animum tantum habet fauorem præſtandi, vel dixit illud præſtaturum, ſed non pręſtitit in pœnas non incidet.

Verum quid iuris de eo, qui alicui vendidit arma, qui illis duellum cõmiſit, an incidat in pœnas tanquam fautor duelli committentis? Hoc expediam in ſeq.

SVMMA.

1 *Vendens arma ei, qui duellum commiſit, vel committere vult, an incidat in pœnas impoſitas à Bullis, & Decreto Conc. Trid. fauorem præſtantibus ijs, qui duellum committunt.*

2 *Fucos vendens, ac aleas luſorias an peccet mortiferè.*

§. II.

Propoſita hæc quæſtio eſt explicanda † an, qui arma vendidit ei, qui duellum illis cõmiſit, vel committere illud eſt paratus, incidat in pœnas impoſitas ijs, qui fauorem præſtant duellum committentibus. In qua quęſtione videbatur dicendum in pœnas incidere, & hoc, quia, vt vidimus in principio huius cap. qui dat arma, & alia auxilia ijs, qui duellum committunt, ſeu ad illud committendum, fautores duellantium dicuntur, ac per Bullas puniuntur: at hic hæc præſtat, ergo eſt fautor, & ob id puniri debet. 1

In contrarium tamen facit, quia, qui arma vendit, dummodo ipſi ſit permiſſum illa vendere, non eſt in culpa, eſto emẽtes ijs malè vtantur, cùm hęc inuenta ſint ad ſe tuendũ, ſicuti, † nec qui fucos vendit, qui inuenti ſunt ad ſe exornandũ, nec qui chartas luſorias, quæ inuentæ ſunt ad animos recreandos, alioquin nihil ferè eſſet, quod non poſſet damnari, quia quilibet ijs, quæ etiam ſua natura bona ſunt, malè vti poteſt, vt pluribus id probauit Nauar, in c. negotium. de pœnit. diſt. 5. & in Man. cap. 14. n. 42. 2

Quid igitur concludendum? Ego hac diſtinctione duas rationes hinc inde propoſitas inter ſe ſic conciliãdas cenſeo, & ex illa conciliatione habebimus etiam huius dubij concluſionem. Aut vendens ſcit emẽtẽ ad hunc finem principaliter emerè illa arma, vt duellũ faciat, et in hoc caſu teneo in pœnas incidere, ſicq; tunc procedit prima ratio; licet. n. vendat illa ob ſuam vtilitatem, &

ob

ob pretium habendum, tamen illa venditio redundat in fauorem duelli, quod iam prohibitũ eſſe diximus ſupra in præcedenti §. Aut id ignorat, & tunc licet poſtea illis vtatur ad duellum committendum, teneo tamen in pœnas non incidere, & ſic ſecunda ratio locum habebit, & pertinent huc dicta ſupra in præcedenti §. n. 4. verſ. Excipitur tamẽ primò.

Atquid duo committunt duellũ, ego audio rumorem, ac clamorem, videoq; inter pugnantes meum fratrem adeſſe, peioremq; partem habere, occurro, & occido aduerſariũ mei fratris, an dicar tũc fautor duelli, & ob id incidam in pœnas? Hoc in ſeq. explicabo.

SVMMA.

1 *Adiuuans fratrem ſuum quem in duello videt peiorem partem habere, an incidat in pœnas propoſitas ijs, qui fauorem præſtant ad duellum committendum.*

2 *Frater tenetur ſuo fratri auxilium præſtare.*

3 *Clericum occidens, vt alterum defendat à clerico an incidat in excommunicationem.*

4 *Arma præſtans ſuo inimico, qui duellum committit, vt ſe defendat, an in pœnas incidat.*

5 *Actus in primis factus inſpicitur, non qui ſequitur.*

§. III.

1 Hoc dubium propoſitum fuit ſupra in præcedenti §. † an quis dicatur fautor duelli, incidatq; in pœnas propoſitas ijs, qui fauorem præſtant ad duellum committendũ ſi duo committant duellum, & audiat rumorem, ac clamorẽ, videatque inter pugnantes ſuum fratrem adeſſe, & pugnæ peiorem partẽ habere, occurrat, & occidat aduerſarium ſui fratris, alias eius frater ſuccumbat. In qua quæſtione teneo in pœnas non incidere, nec debere dici fautorem duelli, quia occurrit, nõ vt faueat duello, ſed vt ſuo fratri impartiatur auxilium, ad † quod tenetur, vt dicitur in ca. dilecto, de ſent. excom. iunct. ibi Gloſ. in verb. vicino, & facit c. fortitudo. 23. quæſt. 3. Hinc † & qui extraneũ tuetur, ſi occidat clericum, non incidit in excõmunicationem, vt dicit Inn. in ca. ſi verò. 1. nu. 2. in verſ. Inferentẽ, quã opinionem communiter receptam eſſe teſtatur ibi Felin. n. 5. verſ. Vtrũ pro defenſione. de ſent. excomm. & communiorem eam ibi dixit Abb. n. 11. verſ. Extra Glo. ibi, ſed dubiũ eſt, hancq; ſequitur D. meus Vgol. in tract. de Bulla Cœnæ Domini. p. 2. cap. 11. §. 2. num. 5. verſ. Immò, & quo. Peccat tamẽ mortifere, ſi alias poterat defendere ſuum fratrem, & non occidere aduerſarium. Quia igitur non eſt fautor duelli, nec defenſionem fratris facit ob duellum, ſed quia ad id tenetur, non incidit in pœnas; ſecus autem, ſi ob fauorẽ duelli, ob dicta ſupra. Et pro huius q. concluſione faciunt tradita à Iul. Clar. lib. 5. recept. ſent. §. Homicidium. verſ. Item locum habet. iunct. verſ. ſeq.

4 Idem cenſeo † ſi Titius meus amicus ad duellum fuit prouocatus, illudque acceptauit, & nullo modo nec verbis, nec factis poſſum impedire

dire

Digitized by Google

dire duellum, nec valeo; aut ſaltem ab eo animo illum dimouere, armaque idonea non habet, quibus poſſit reſiſtere ſuo aduerſario, qui bene eſt armatus, ac loricatus, vnde cum videam ſuis armis facile ſummum obiturum diem, mea lorica eum induo, & ſic mea illi commodo arma, & in hoc caſu in pœnas non incido. Tum ob dicta ſupra hoc cap. §. 1. n. 12. verſ. Tertiò excipitur. Tū ob ea, quæ dicta ſunt etiam hoc eod. cap.
5 & §. præſenti. Tum etiam, † quia inſpicitur actus in primis factus, non autem, qui ſequitur poſtea. arg. ca. cum voluntate. de ſent. excō. & l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi cert. pet. & l. ſed an vltro. §. 1. ff. de neg. geſt.

Idem erit ob eaſdem rationes, ſi caſu inuenio duos duellum ineuntes, nec valeo vllo modo id prohibere, ac impedire, & alter eorum, qui meus ſit amicus, habet enſem fractũ, vnde vt poſſit ſe tueri do meã; non enim vt duellum committatur id efficio, ſed ob aliam cauſam, ſed iam de ſuadente, ac inſtigante agamus.

De ijs, qui puniuntur per Bullas, ac alia iura duellum prohibentia, habito reſpectu ad ſuadentes, ac inſtigantes duellum.
Cap. 12.

SVMMA.

1 *Inſtigator quiſnam ſit.*
2 *Suadens quiſnam dicatur.*
3 *Inſtigator, ac ſuadens duellum puniuntur per Bullas duellum prohibentes, & quænam ſint pœnæ illæ.*
4 *Inſtigator ac ſuadens duellum quando puniantur à Bullis.*

DEcimo loco videamus de inſtigatore ſuadente duellum. Antequam autem rem hanc expediamus, præmitto prius quid ſit inſtigator, † & eſt ille, qui ſtimulat, incitat, quaſiq; obiurgatione quadam, ac ſtudijs impellit, vnde illud Terẽ. in Andr. Act. 4. Scen. 2. Age ſi hic nõ inſanit ſatis ſua ſponte inſtiga, & facit etiam illud Virg. ad rem noſtrã accommodatum. Aeneid. lib. 5. Tũ vero ingeminat clamor: cunctiq; ſequentem inſtigant ſtudijs, &cęt. Secundo præmitto quid ſit ſuadens, † & eſt ille, qui accommodatis, & ſuauibus verbis aliquem in opinionem ſuam conatur inducere, hoc eſt hortatur aliquem ad id quod intendit, pro quo facit illud Virg. licet in alium ſenſum Aeneid. 2. Suadentq; cadentia ſidera ſomnos. His duob. ſic prælibatis, iam more noſtro videamus quibus pœnis hi puniantur, item quando. 1 2

3 Quoad primum † afficiuntur eiſdem pœnis, quibus conſilium dantes, auxiliumq; ac fauorem, de quibus egimus ſupra ca. 9. & hoc ob id, quia vna cum ipſis copulatiuè puniuntur, vt patet de inſtigatore in Bulla Gregõ. XIII. ibi, mandantes, inſtigantes, auxilium, cõſilium, vel fauorem dantes. Et de ſuadente in Bulla Clem. VIII. tam in verſ. quiue alijs, ibi, auxilium, conſilium, operam, vel fauorem præſtiterint, ſiue id ſuaſerint, vbi inter ipſos ponitur alternatiua, quæ ſignificat alterum ex his ſat eſſe adimpleri. Tum etiã in verſ. quinimo de nouo, ibi, necnõ id

id ſcelus ſuadentes, aut prouocantes, opem, conſilium, vel fauorem præſtantes. Pœnæ autem illæ quænam ſint, habentur in citat. capit. 9. num. 3.

4 Quoad alterum † incidunt in ſupradictas pœnas, vbi inſtigant, ſeu ſuadent alicui, vt duellum committat, ita colligitur ex cit. Bullis. Id quod pro regula habebimus.

Quæ ampliatur, ac declaratur eiſdem modis, quibus ampliata fuit regula ſupra poſita de conſilium dante eod. capit. 9. Quare omnes inſtigantes, ac ſuadentes compræhenduntur cuiuſcunque ſint ſtatus, gradus, ac præeminentiæ. Item eſto non ſint ſubditi iuriſdictioni S. R. E. & eſto fiat duellum extra loca S. R. E. Item quicunque ſint quos inſtigant, vel quibus id ſuadent. Item ex quacunq; cauſa. Item eſto adeſſet priuilegium, vel conſuetudo; Item vel publicum, vel priuatum ſit. Item non ſolum ſi ſtatim poſtea fiat duellum, vel poſt multum temporis; Item ſi ſolummodo prouocationem. Item ſi inſtigent ac ſuadeant, vt ſcripturæ ad prouocationem fiant. Itē eſto poſtea nō ſecutum ſit duellum, nec prouocatio, nec quid aliud, quod inſtigarunt. argum. eorum, quæ dicta ſunt ſupra in cit. capit. 9. vnde quæ huc pertinent illinc ſumantur. Sed iam agamus de ſpectatoribus eorum, qui duellum ineunt.

De ijs, qui puniuntur per Bullas, ac alia iura duellum prohibentia, habito reſpectu ad ſpectatores duellātium, necnon ad aſtantes, & duello intereſſentes. Cap. 13.

SVMMA.

1 *Spectatores duellum committentium, aſtantes, & intereſſentes dum duellum fit, à Bullis duellum prohibentib. varijs pęnis puniuntur, & quænam ſint hę pœnę.*

2 *Spectatores duelli, aſtantes, et intereſſentes dū duellum fit, puniuntur à Bullis, ac alijs conſtitutionib. duellū prohibentibus; quę regula, quouſque pateat, declaratur.*

3 *Plura vbi ſimul copulantur ad aliquē actum omnia concurrere debent.*

VNdecimo agendum eſt de ſpectatoribus, aſtantib. & intereſſentib. dum fit duellū. Vnde & de ipſis, ſicuti de alijs hęc duo videbimus .ſ. quib. pęnis puniūtur, Itē quando.

1 Spectatores ergo, † aſtantes, & intereſſentes, dū fit duellum, his pęnis puniuntur. Nā primò mortiferè peccāt; Tum ob dicta ſupra c. 9. tum ēt, quia ſic inqt Illuſtriſs. Tolet. libr. 5. Inſtruct. Sacerdot. ca. 6. nu. 33. verſ. quarto, & Armill. in verb. duellum, n. 3. ibi, Et omnes aſpicientes.

Secundo ſunt excōicati, & ꝑpetuo maledicti, vt hr̄ in Bulla Leonis X. in verſ. qui vero ad talia cruenta, & in Bulla Pij IV. vbi excōicat oēs, quos cōplectūtur litterę prędeceſſorū: at litteris Leonis X. ꝓdeceſſoris cōpręhenduntur hi, vt dixi, ergo, ita dicit in verſ. Nos, quorū, ibi, Et ſingulos, quos, & expreſſe idem habetur in Decret. Concil. Triden. in verſ. Illi

Digitized by Google

etiam, ibi, Necnon ſpectatores, & in Bulla Greg. XIII. ibi, aut ex compoſito ſpectatores, & in Bulla Clemen. VIII. in verſ. Quinimo de nouo, ibi, de induſtria ſpectatores.

Tertiò ſi ſint nobiles puniuntur pœna quingentorũ ducatorum, ſi ſunt mediocris fortunæ centum ducatorum eſt pœna: ſi ignobiles ſint viginti quinq;), ita dr̃ in cit. Bulla Leonis X. in cit. verſic. Qui vero ad talia.

Poſtremò puniuntur illis pœnis, quibus puniri diximus ſupra cap. 3. Dominos temporales. n. 4. cum ſeq. ob ea, quæ dicit Pius IV. in ſua cita. Bulla; ſunt enim perpetuo infames, diffidati incidunt in crimen læſæ Maieſtatis, ſeditionis, rebellionis, cõfiſcationis, priuationis ſtatuum, & aliorum bonorum, & inhabiles ſunt ad illa, & alia obtinenda, & ſi ſunt eccleſiaſticę perſonę, ac habeāt beneficia eccleſiaſtica illis priuantur, & ſunt inhabiles ad illa, & alia beneficia obtinenda, ita Pius IV. in cit. ſua Bulla in cit. verſ. nos, quorũ. Hæ igitur ſunt pęnæ, quib. puniũtur.

2 Incidunt † autem in has pœnas ſupradictas, vbi duellum inſpiciunt ex compoſito, ita dicitur in cit. Bulla Greg. XIII. eod. verſ. Aut ex compoſito ſpectatores, & in Bulla Cle. VIII. in verſ. quinimo de nouo, ibi, de induſtria ſpectatores. Id quod pro regula habebimus.

Quæ regula ampliatur eiſdẽ modis quibus ſuperiores, vt ſcil. omnes compræhendantur cuiuſcunq; gradus, ſtatus, ac conditionis ſint.

Item locum habet, non ſolum ſi ſint ſpectatores ex compoſito duelli publici, verum ẽt priuati, vt de ſpectatoribus duelli publici habetur in cit. Bulla Pij IV. in verſ. Illosq; tam ad pugilles, ibi, ac illi aſtantes, & intereſſentes, & in verſic. Alioquin eos, ibi, ac illis aſtantes, & intereſſentes, & in cit. decret. Conc. Tridẽ. & de ſpectatorib. duelli priuati hr̃ in cit. Bulla Greg. XIII. in cit. verſ. Aut ex cõpoſito ſpectatores, & tã de publico, quam de priuato, in cit. Bulla Clem. VIII. in cit. verſ. Quinimo, de nouo. ibi, de induſtria ſpectatores.

Requiritur autem ſemper, quo in pęnas incidãt, vt dedita opera duellum ſpectent: id quod indicat illud verbum, ex compoſito, vnde illud Teren. in Phorm. Act. 5. Scena 1. Cõpoſito factum, quomodo hãc amãs habere poſſit ſine dote, & faciunt dicta ſupra cap. 1. n. 7. & ſeq. Idem ſignificat illud de induſtria, ita inqt Cicer. 1. Officior. At illę quidem iniuriæ, quæ nocendi cauſa de induſtria inferuntur, ſæpe à metu proficiſcuntur, & facit illud Samuelis ad Saulem. lib. 1. Reg. cap. 9. Ecce, ait enim ibi, quod remãſit pone ante te, & comede, quia de induſtria ſeruatum eſt tibi, quando populum vocaui; multi namq; viri vocati fuerunt à Samuele ad conuiuium, & q̃libet habebat ſuum ferculum determinatum, & illud, quod ſeruatum fuerat à Samuele, erat vltra numerum conuiuãtium propter Saul, quẽ Samuel ſciebat venturum; ideo dicit, de induſtria, ita Nicol. de Lyr. ibid. nu. 16. & ſeq. ſuper illis verbis, Ecce, quod remanſit, & noſtrati, ac vernacula lingua, vulgoque dicitur de induſtria, ideſt a poſta.

Nec facit ſi dicatur Pium IV. ac Concil. Trid. ſimpliciter ac generaliter dixiſſe ſpectatores, aſtantes, &

inter-

Digitized by Google

intereſſentes, ergo quocunq; modo ſpectent nihil intereſt, & ob id in pęnas incident, non inquam hoc quicquam facit; nam lex generaliter loquens ſiue præcedat, ſiue ſequatur, debet limitari per aliam legem illā ſpecialiter limitātem. l. in toto. ff. de reg. iur. cum ſimil. cit. ſupra cap. 11. §. 1. nu. 10. at Bullæ Greg. XIII. & Cle. VIII. in cit. locis ſpecialiter limitant illam generalem Pij IV. ac Decretum Concil. Trid. ergo.

Tertio locum habet, vel illis placeat duellum, vel diſpliceat, quia Bulla generaliter loquitur, ac prohibet ſpectatores duelli de induſtria, & ex compoſito, nec diſtinguit, ergo generaliter debet intelligi, nec diſtinguere debemus, quicquid dicat Tabien. in verb. duellum. nu. 2. verſ. quidam extendunt, & Marc. Scarſell. in Sum. inſcript. Giardino de Sommiſti. p. 1. cap. 232. nu. 2. vbi tenēt ſolummodo ſpectatores duelli peccare, quibus placet duellum, ſecus ſi diſplicet: idem etiam ſenſiſſe videtur Cataneus Epiſcop. Chimens. in ſum. in verb. duellum. verſ. duellum ſemper, ibi, ex quo ſibi. Vel igitur placeat, vel diſpliceat, pace tātorum virorum teneo, modo ſint ſpectatores de induſtria, & mortif. re peccare, & in pęnas incidere; faciūt n. contra diſpoſitionem Bullarum, quod ſemper a Pio IV. vſq; nunc prohibitum fuit, ac etiam à Leone X.

Quartò locum habet, vbicunque fiat duellum tum ob dicta ſæpius ſupra, quia prohibitum eſt duellum fieri tā in locis ſubiectis iuriſdictioni S. R. Eccl. quam extra ea loca, ergo prohibitum etiam eſſe cenſebitur, vt nō poſſint homines illud ſpectare: tū qa ſic dixit Illuſtriſ. Tuſch. in ſua Pract. concluſ. in littera D. cōcluſ. 805. n. 13.

Poſtremò locum habet, vbi dedita opera conuenerunt ſpectatores ad vidēdum duellum, licet poſtea, qui acceſſerunt pugnaturi, duellum non commiſerunt, eo quòd fuerunt impediti, ita colligo ex verbis Bullæ Greg. XIII. in verſ. Volentes etiā, vbi multos enumerat, quos illis pœnis obligari prçipit, inter quos adſunt ſpectatores, & in fine ponit clauſulam generalem dicens, etiam ſi illi qui ad locum deſtinatum pugnaturi acceſſerunt, impediti pugnam non commiſerint, quæ clauſula in fine poſita debet terminare oīa pręcedentia. arg. ca. ſecundo requiris. iunct. ibi not. de appella. dixi ſupra cap. 3. §. 1. n. 8. Idq; declarat dictio illa etiam, quæ exprimit caſum magis dubitabilem, vt in Rubr. C. etiā per procur. & in l. 1. & ibi Bart. in fi. C. eod. atq; ſic illam Bullam interpretatus eſt Clem. VIII. in ſua Bulla in verſ. quas pœnas, ibi cæteroſque ſupradictos, vbi innuit omnes enumeratos à Gregor. XIII. puniri, eſto poſtea fuerit impeditum duellum, modo ipſi fecerint quantum in ipſis eſt: At hi ſpectatores fecerunt quantum in ipſis erat, ergo probatur id etiam ex ead. Bulla Clem. VIII. qa vt vidimus, punit ſpectatores de induſtria in verſ. quinimo de nouo, & in verſ. Quivè alijs multos punit ēt ſi neq. pugna aliqua, nec certamen, aut affectus, nec acceſſus, aut actus ad pugnā proximus, neq; expreſſa, & aperta prouocatio ſubſecuta fuerit, ergo & ſpectatores; vna enim pars legis alteram declarat.

Digitized by Google

Excipitur autem, vt in has ſupradictas pœnas non incidant, vbi caſu duellum inſpicerēt, & tam publicũ, quam priuatum, vt quia audierunt clamores, & eo confugerunt; vel eũtes per viam caſu incidũt in duellũ committentes, tunc ſupradictis pęnis non puniuntur; ex quo. n. Summi Pont. ſ. Greg. XIII. & Clem. VIII. volunt, vt dedita opera, & ſic vt dixi A poſta, ſint ſpectatores duellum committentium, ergo ſecus ſi caſu; incluſio enim vnius excluſio alterius eſt. arg. c. nonne. de præſumpt. & l. cum prætor. ff. de iud. & valet argumentum à contrario ſenſu. arg. l. 1. & ibi ſcribentes omnes not. ff. de
3 off. eius, cui mand. eſt iuriſd. † & facit, quia vbi plura ſimul copulantur ad aliquem actum, omnia ſimul adeſſe debent, alioquin actus non valet. l. ſi hæredi plures. ff. de cond. inſtit. in caſu autem noſtro requiritur non ſolum vt ſint ſpectatores duelli, ſed etiam de induſtria ſint tales, atq; ſic concluſit D. meus Vgol. in tract. de off. & poteſt. Epiſcop. p. 1. cap. 8. §. 2. n. 5. verſ. Excipiuntur tamen, hi. n. proprie ſpectatores non ſunt, qui caſu aſpiciunt. Poſtremo facit, quia aſtantes puniuntur, vt diximus: at vt puniuntur, requiritur ſciēter eos aſtare, vt per Ioſeph Ludouic. in deciſ. Lucenſ. in deciſ. 11. nu. 24. Id quod in caſu noſtro deſideratur, ergo. Sed de ſpectatoribus ſatis, iam de mandante duellum fieri videamus.

De ijs, qui puniuntur per Bullas, ac alia iura duellum prohibentia, habito reſpectu ad mandantem duellum fieri. Cap. 14.

SVMMA.

1 *Mandatum quid ſit.*
2 *Mandatum qualiter differat à iuſſu.*
3 *Mandatum vti differat à pręcepto.*
4 *Mandantes duellum fieri varijs pœnis per Bullas duellum prohibentes puniuntur, & quęnam ſint illę pœnæ.*

DVodecimo eſt agēdum de mādante duellum fieri: Ad maiorem autem declarationē huius rei pręmittenda nonnulla eſſe cenſui. Primò. ſ. quid ſit mandatum. Secundò, quomodo differat a iuſſu. Tertio, quomodo differat à præcepto. Quartò, an quod hic dicitur de mādato habeat locum in iubēte, & pręcipiente.

1 Quoad primum † Mandatum nil aliud eſt, quàm contractus conſenſu initus, quo committitur volenti aliquid honeſti agendum gratuito, vt colligitur ex Gloſſ. Rubr. ff. mand. iunct. §. pen. in fi. Inſtit. tit. de mād.

2 Quoad ſecundum † mandatum differt à iuſſu, quoniam mandatum, vt dixi, liberum eſt, quoad ipſum ſuſcipientem in initio, iuſſus autem, quoniam propriè fit à parentibus liberis, & à Domino ſeruis, ob eā rem coniunctam neceſſitatem quandā habet, vt dixit Gloſſ. in l. 1. in verb. Quemadmodum. ff. quod iuſſ. & in §. ſed hoc iure. in verb. iuſſu. Inſtit. tit. de Attil. tut.

3 Quoad tertium mādatum differt à præ-

Digitized by Google

à præcepto, quoniam, vt diximus, mãdatum ſit à quocunq; pręceptũ, vero ſit à iudice, vel ab alio quocunque habente iuriſdictionem in eum, cui præceptum ſit. arg. l. legis virtus. ff. de leg. ſenſit Iaſ. id in l. omne verbum. num. 2. C. commun. de leg. Vſurpantur autem aliquando hæc duo, vnum ſcilicet pro altero accipitur.

Quoad quartum quatenus ad rẽ noſtram pertinet, teneo nihil intereſſe an fuerit mandatum, iuſſus, aut præceptum; excepto enim Romano Pontifice, ſecundum ea, quæ diximus ſupra cap. 3. §. 3. vel ſit publica, vel priuata perſona, quæ duellum fieri mandet, pręcipiat, iubeatque, nihil intereſſe concludo, quia ſunt cauſa, vt Bullæ offendantur, & ob id eos comprehendi teneo, atq; ſic in ſimili dixit D. meus Vgolin. in tract. de Bulla Cœnę Domini. par. 2. cap. 11. verſic. Necnon ea mandãtes. num. 3. verſic. Quoad rem noſtram. His ſic pręmiſſis, videamus modo quibus pœnis puniantur, deinde quando.

Incidunt igitur duellum fieri mã
4 dantes † in excommunicationem, ac alias pœnas impoſitas à Concilio Triden. in ſuo Decreto poſito ſupra cap. 1. §. 2. omnibus duellum cõmittentibus, de quibus actum eſt ſupra cap. 5. in principio. Idque probatur ex Bulla Greg. XIII. Omneſque illud fieri mandantes, & ex Bulla Clem. VIII. in verſ. Quive alijs, ibi, aut mandauerint. Quæ igitur huc pertinent, illinc ſumantur.

Item ſi ſunt clerici, & inde oriatur mors, vel membri mutilatio, fiunt irregulares, ita dicitur in c. 2. de cler. pugn. in duell. ſed iam videamus quando in has pœnas incidant.

S V M M A.

1 *Mandantes duellum fieri puniuntur per Bullas illud prohibentes; quæ regula, quouſque pateat, declaratur.*

2 *Verba propriè ſunt accipienda.*

3 *Qui per alium facit, ipſe facere videtur.*

4 *Indefinita locutio habet vim vniuerſalis.*

5 *Par virtus taciti, & expreſſi eſt.*

6 *Qui eſt cauſa cauſæ eſt cauſa cauſati.*

§. I.

Hic videndum eſt quando mandantes duellum fieri incidãt in pœnas ipſis impoſitas per Bul-
1 las illud prohibentes. † Illis ergo puniuntur, vbi mãdant duellum fieri, vt habetur in Bulla Gregor. XIII. in verſ. Omneſq; illud mandantes, & in Bulla Clem. VIII. in verſ. Quivè
2 alijs, ibi aut mandauerint; † verba enim propriè ſunt accipienda. l. non aliter. ff. de leg. 3. & l. cum quæritur. ff. de ſtat homin. Etenim, & qui mãdat violentas manus in eccleſiaſticam perſonam inijci, in excommunicationem incidit, vt habetur in c. mulieres. §. fin. & ibi not. Abb. in principio, & Felin. de ſent. excom.
3 Idque merito, † nam & qui per aliũ facit ipſe facere videtur. c. vt famæ. §. vlt. eod. cum ſimil. cit. à Gloſſ. in verb. Auctoritate, & ibi Abb. nu. 10. verſic. E facit hoc ad quæſtionem, & cap. qui facit per alium. de regul. iur. lib. 6. & c. cum quis. de ſent. exc. & l. ſi mandato meo. §. non ſolum.

ff. de

Digitized by Google

ff. de iniur. Quare, qui mandauerit alicui ab ipſo duellũ fieri, aliquemuè prouocari, & alia huiuſmodi prohibita et à Concil. Trident. & à Bullis tum Greg. XIII. tum etiam Clem. VIII. in pœnas illas incidet; eſto.n. ſimus in pœnis, tamen, ex quo per Bullas id ſic cautum eſt, & nos illud dicere poſſumus, arg. l. proſpexit. ff. quis, & à quibus manum.

Non obſtat igitur, ſi dicamus ſumus in pœnis, ergo non debent puniri mandantes, ſed tantummodo duellum ineuntes, quia, ex quo per Bullam ſic cautum eſt, obid ſic dici debet. Hinc non ſolùm mandans, ſed & ipſe mandatarius, qui exequitur illud mandatum incidunt in pœnas; nam mandans punitur ratione mandati dati; mandatarius autem eo quod duellum committit. Hoc igitur pro regula habebimus ſcil. mandantem in pœnas ſupradictas incidere.

Quæ locum habet quodcunque mandatum ſit, & ſic vel iuſſus, vel præceptum, quamuis non eandem naturam hæc habeant; nam mandatum non ſemper neceſſitatem ſignificat, ſed reliqua duo ex ſua natura neceſſitatem habent. arg. l. 1. & ibi Gloſ. ff. quod iuſſ. & l. 1. ff. quod cum eo, & l. ſi mandato. ff. mand. Quare, vel ſit pater, vel dominus, vel iudex, vel quilibet alius, qui mandet, iubeat, præcipiatvè, in has ſupradictas pœnas incidet.

Item locum habet in omnibus, in quibus ſuperiores regulæ ampliatæ fuerunt. Hinc vel ſit publicum, vel priuatum: & quicunque ſit cui mandatum ſit factum, vel ex quacunque cauſa, vel ſuper hoc adeſſet conſuetudo, & in alijs huiuſmodi caſibus in pœnas mandans incidet.

Tertiò locum habet, eſto deinceps eum pœniteat mandatum dediſſe, ſi cùm poſſet, & id animaduerteret, illud non reuocauit, & antequam illud reuocet, mandatarius executus eſt mandatum, & eſto poſt mandatum executum illum tradat iudici puniendum, adhuc tamen in pœnas incidit; nam purè excommunicatio eſt lata per Bullas, quo caſu ſtatim obligat. arg. §. omnis ſtipulatio. verſ. purè. inſtit. de verb. oblig. & poſt alios nouiſſimè probat D. meus Vgol. in tract. de Cenſur. Eccl. cap. 13. §. 1. Tab. 1. & faciunt tradita per Clar. lib. 4. recepit ſentent. in ſua Prax. in §. Emphiteuſis q. 13. ver ſic. ſed quid ſi emphiteota. Præterea hic dolo non caret, quo caſu in excommunicationem quis incidit, vt ſenſit Inn. in c. mulieres de ſent. excom. & idem D. Meus Vgo. in Tract. Bulla Cœnæ Domini p. 2. verſi. Nec non ea mandates. §. 2. num. 2. verſic. Secundò loco. cap. 11.

Quartò locum habet quicunque ſit, qui mandat, & quacunque dignitate præditus ſit, ob verba illa illud mandantes; nam Bulla indefinitè loquitur;
4 indifinita † verò locutio habet vim vniuerſalis. arg. l. de quibus, & ibi not. Bart. ff. de leg. 2. & l. de pretio. ff. de publ. in rem ac.

Quintò locum habet, eſto mandatum tacitum eſſet, quod eſt, vbi non proprij s uerbis fit, ſed per obſcuris. Qui igitur tacito id mandat, incidit in pœnas, arg. eorum, quæ de irregularitate dixit Couar. in Clem. vnic.
5 p. 2. §. 1. num. 3. de homic. † & facit quia par virtus taciti, & expreſſi eſt.

arg.

Digitized by Google

arg. l. cum quid. ff. ſi cert. pet. Quare ſi quis iniuria ab aliquo affectus, eo quòd fuit prouocatus ad duellum ab aliquo, & illud non acceptauit; quia timebat prouocantem, habet vero hic prouocatus filium potentẽ, vnde ſi illi filio dicat, qui ſcit ſuum patrem ad duellum prouocatũ fuiſſe. Ne reuertaris domum, donec no ui audiam, tunc ſi filius prouocet, vel duellum committat cum eo, qui ſuum patrem prouocauerat, pater ex tacito mandato incidit in excõmunicationem, & alias pœnas; id enim mandatum exiſtimatur, & prę ſumitur, ac mandatum tacitum iudicatur, vt tenet Bart. in l. ſi quis mihi bona. §. ſed ſi mãdauit. ff. de acq. hæredit. qui communiter receptus eſt, vt teſtatur Iaſ. ibid. & Clar. in ſua Prax. Crim. lib. 5. recept. ſent. §. fin. q. 89. verſ. ſed hic incidenter, & Abb. in c. ſententiam. n. 20. ne cler. vel monac. & in ca. ex litteris. nu. 3. verſ. Et facit ad quæſtionem, & ibi Addit. de exceſ. prælat. et Couar. in cit. loco, vbi quamplures idem ſentientes refert.

Sexto locum habet, vt mandans in excommunicationem incidat nõ ſolum vbi mandatarius per ſe mandatum exequitur, verumetiam, vbi alteri mandatarius mandat exequẽdum, et hoc ob has rationes. Primò, quia ipſe eſt cauſa illius delicti; ſi enim id ipſe mandaſſet, mãdatarius ille per alium id faciendum non curaſſet: † atq; eſt cã cauſæ eſt cã cau-
6 ſati. c. fin. de iniur. et l. manumiſſiones. ff. de manumiſ. Altera eſt, quia ponamus mandatarium adhibuiſſe ſocios ad illud mandatũ exequendum, eo quòd forſan per ſe non audebat illud facere, non ne mandãs incidiſſet in excommunicationem? Planè cauſam non video, qua poſſit excuſari, ergo idem eſt ſi per ſe, qđ per alium fecit, atq; ſic in ſimili dixit D. meus Vgol. in cit. verſ. Necnõ ea mandantes. §. 2. n. 5.

Septimo locum habet, etiam ſi mandatarius tempore mandati illud recuſauit, vt quia dixit, nolo exequi hoc mandatum; ſed poſtea ſtatim mutata voluntate exequitur illud, nec mandans illud reuocauit, quod facere debebat dicens ſi illud non vis exequi, nolo ego etiam, vt illud exequaris, et quia nihil dixit, in pœnas incidit. arg. eorum, quæ de irregularitate dixit Maiol. lib. 5. cap. 48. §. 2. n. 2. verſ. quarto, et D. meus Vgol. in tract. de irregular. cap. 15. num. 3.

Octauo locum habet, vt mandãs incidat in pœnas ſupradictas, vbi mandatarius mandatum executus eſt, licet ignoretur an ſuo nomine vel nomine mandantis duellum cõmiſſum ſit. Primò, quia ſcit ſe mãdatum dediſſe, et ſic ob id excommunicatus eſt ob ea, quæ ſupradicta ſunt. Secundò, quia iam executio eſt facta; tunc enim pro tali ſe debet habere. arg. c. ſignificaſti. 2. de homic. Tertiò, quia communiter concluditur in mandato non conſiderari an mandatarius alias id eſſet facturus nec ne, vt teſtatur Couar. in Clemẽ. vnic. 2. p. §. 2. n. 1. verſ. ſed ſi qs, ibi, Hæc vero diſtinctio de homic.

Verum quid iuris incidit ne ſtatim in pœnas mandans, vel requiritur mandatum executũ fuiſſe? Hoc in ſeq. expediam.

Digitized by Google

S V M M A.

1 *Mandans duellum fieri an ſtatim in excommunicationem incidat, vel requiratur mandatum executum fuiſſe.*

2 *Vnumquodque tollitur eo modo, quo inductum eſt.*

§. II.

§. Quæſtio talis in præcedenti §. propoſita fuit hic explicanda;
1 † an mandans ſtatim in excommunicationem, & alias pœnas incidat, ac mandatum dedit, vel requiratur vt prius ſit executum mandatum. In qua quæſtione videbatur dicẽdum requiri executionem prius, & hoc ob has rationes. Prima eſt, quia mandatum eſt contractus, ex contractu autem mandati, & ſic ex mandato mandans non obligatur, niſi mandatarius mandatum executus fuerit. arg. §. is, qui exequitur inſtit. tit. de mãdat. & l. 3. cum ſimil. ff. eod. ergo & in hoc caſu non debet puniri niſi poſt mandatum executum. Altera eſt, quia nec qui mandatum accepit, in excommunicationem incidit antequam rem perfecerit, ergo nec mandans, atq; ſic de excommunicatione ſenſit Angel. in verb. excõmunicatio. 5. nu. 31. verſ. Mandans etiam, & Sylueſt. in verb. Excommunicatio. 6. §. 5. nu. 5. verſ. tertio cum quis, & apertius Nauar. in Man. cap. 27. nu. 51. verſ. Adde, quem refert, ac ſequitur D. meus Vgolin. in tract. de Bulla Cœnæ Domini. p. 2. capit. 11. verſ. Necnon ea mandantes. §. 2. n. 1.

His tamen non obſtantibus contrarium teneo ob verba Bullę Clemen. VIII. in verſ. Qui vè alijs, ibi enim poſtquam dixit cenſuris, ac pœnis omnibus puniri auxilium, conſilium, operam, vel fauorem præſtantes, ſuadentes, aut mandantes ſingulare certamen, prouocationem, vel ſcripta ſcribenda, dictanda, mittenda, defferenda, diuulganda, ſubiungit etiam ſi neq; pugna aliqua, nec certamen, aut effectus, nec acceſſus, aut actus ad pugnam proximus, & aperta prouocatio ſubſecuta fuerit, & cæt. Ecce ibi Romanus Pont. punit omnes illos ibi enumeratos etiã ſi poſtea executio illius rei non fuerit facta, ergo & mandans punitur, qui ibi compræhenditur, eſto mandatum non fuerit ſecutum; Tum ob dictionem illam etiam, quæ caſum magis dubitabilem implicat; vt alias dixi; tum etiã quia illa eſt clauſula in fine poſita, quæ præcedentia omnia complectitur. arg. c. ſecundò requiris. cum ibi not. de appel. idem colligitur et aperte ex Bulla Grego. XIII. in verſ. Volẽtes etiam locorũ, ibi, Omneſq; illud fieri mandantes. & cęt. vbi poſtea ſubiungit illã clauſulam generalem etiam ſi illi qui ad locum deſtinatum pugnaturi acceſſerunt impediti pugnam non commiſerint: Ex quibus verbis apparet ibi compræhenſos puniri, eſto nõ ſequatur duellum. Et pertinent huc dicta ſupra cap. 9. §. 2.

Et ex his ceſſant rationes, & iura ſupra allegata, quia, vt patet, procedunt iure communi, ſecus autem ex diſpoſitione huius iuris noui lati per cit. Bullas.

Hinc eſto mandati pœniteat, & re integra mandatum mandans reuocauerit, ac certiorem fecerit mandata-

Digitized by Google

datarium de mandati reuocatione, adhuc in excommunicationem, & alias pœnas incidet, quãuis Nauar. in Man. cap. 27. n. 233. & Specul. de irregular. n. 39. verſ. ſed ſi inſiſteret conſilio, ibi, in eo autem, & Mar. Socin. Sen. in c. ad audientiam. n. 293. q. 73. de homicid. & D. meus Vgolin. in tract. de irregular. cap. 14. §. 4. in principio, ibi, atqui contrariũ, quamuis inquam cit. DD. teneant non fieri in hoc caſu irregularem, & minus in excommunicationem incidere, adhuc in caſu noſtro eſt excõmunicatus, & in alias pœnas incidit, quia, vt dixi, non viget illa ratio mandatum eſt contractus, qui conſenſu contrahitur, ergo & contrario conſenſu tolli poſſe debet,

2 ſecũ vnumquodque tollatur eo modo, quo inductum eſt, vt dicitur in cap. 1. de reg. iur. libr. 6. & in l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. illa igitur ratio non habet locum, quia Bulla, quæ eſt lex noua contrarium diſponit ob graue delictum. Non etiam quicquam facit alia ratio, ſcilicet Natura mandati eſt, vt re integra ſi reuocetur, reuocatio valeat, ob id mandatum tollitur reuocatione, & obligatio deinceps non naſcitur. §. recte. inſtitu. tit. de mãdat. & l. ſi mandauero. ff. mand. Nõ inquam hæc ratio locum habet, ſi licet facilius quis incidat in irregularitatem, quam in excommunicationem; vt communiter tenent DD. quia vt dixi, contrarium eſt diſpoſitum à cit. Bulla Clemen. VIII. ac etiam Greg. XIII.

Hinc quoque ob eandem rationem, eſto DD. excipiant eum ab excommunicatione, qui mandati pœnituit, & quantum potuit elaborauit, vt certiorem faceret mandatarium, & mandatarius hoc ignorans clericum percuſſerit, quem percuti mãdauerat, vt aſſeruit Bartol. Brix. quem refert, ac ſequitur D. meus Vgolin. in tract. de Bulla Cœnæ Domini in cit. verſic. Necnon ea mandantes. §. 2. num. 2. verſic. tertio pro certo; in caſu tamen noſtro incidit, eſto poſt datum mãdatum ſic elaboraſſet, quia ſat eſt mandatum datum fuiſſe.

Hinc etiam, eſto excipiant, vbi mandati pœnituit, & mandatarius id nouit, licet poſtea exequatur mãdatum, vt tradidit idem D. meus Vgolin. eod. num. 2. verſic. quintò, adhuc tamen in mandato rei noſtræ obligatus remanet ob illud datum.

Hinc etiam, etſi excipiunt eum, qui dedit mandatum, & illius mandati pœnituit, ſed non potuit mandatarium de reuocatione mandati certiorem facere, licet mandatarius ignorans reuocationem mandatum executus ſit, vt tenent Innocen. in capit. mulieres. de ſent. excommunic. & D. meus Vgolin. in citat. §. 2. num. 2. verſic. His igitur; In re noſtra tamen non poteſt iſte talis excipi, ſed in pœnas incidit; ceſſat enim hic ratio illorum, quæ eſt, ibi non adfuiſſe dolum, & ſic mortifere non peccare; nam in caſu noſtro ab initio adfuit dolus, & peccauit eam non obediẽrit dictis, & mandatis Romanorum Pontificum, quod ſat eſt. arg. cap. nullus, & cap. nemo Epiſcoporum. 11. q. 3.

Hinc etiã nec illa exceptio locũ

Q habet,

habet,qua communiter DD. excipiunt ab excommunicatione mandantem mortuum ante mãdati executionem, vti Gloſ.excipit eum, qui mandatum cuipiam dedit, vt clericum percuteret, & antequam mandatarius mandatum executus ſit, mandans mortuus eſt, & deinceps mandatarius clericũ percuſſit, hũc inquam excipit Gloſ. in c.mulieres. §.fin.de ſent.excom. & ibi Innoc.in verb. Vel mandato, quam Gloſſ.ſequitur etiam Abb.ibid.n.6.& Hoſt. relat.in addit.ad eam Gloſſ. & Ancharan. in c. cum quis, vbi quæſtio hæc diſputatur. num. 9. verſ. Quid ſi ante mandatum. de ſent. excom. lib.6.& D.meus Vgolin. in tract.de Cenſur.Tab.1.cap.27.§.2.num. 5. vbi illam quæſtionem & ipſe diſputauit. Non inquam hęc exceptio habet locum in materia noſtra; nam ceſſant rationes ꝑ ea allatæ ob illã rationem pro materia noſtra ſupra allatam,quia ſtatim atq; dedit mãdatum in pœnas incidit.

Quid iuris autem de ratum habente,an & ipſe incidat in has pœnas?Hoc abſoluam in ſeq.

S V M M A.

1 *Ratum habens duellum an incidat in pęnas propoſitas mandantibus illud fieri.*

§. III.

1 Occaſione mãdantis oritur dubium,† an ratum habens duellũ & ipſe incidat in pęnas propoſitas mandantibus illud. In qua quęſtione breuiter concludo in illas pęnas non incidere. Primò,quia Bulla id non dixit,ergo neq; nos id dicere debemus,& vbi lex vult ratũ habentem comprehẽdere,illud exprimit,ſicuti patet in Bulla Cœnę Domini lata à Sanctiſſimo D. N. Papa Paulo V.cap.11.ibi,Vel rata habentes. Poſtremo, quia ratihabitio fingit mandatum interueniſſe: at ex quo ſumus in pœnis,fictionem hanc admittere non debemus. arg.ca.in pœnis. de reg.iur.lib.6.& l.interpretatione.ff.de pœn.

Nec obſtat ꝓ hęc dicta,quod dr̃ in c.ratihabitionẽ.de reg.iur.l.6.vbi dr̃ ratihabitionem mãdato cõparari,quia vt dixi fictione hoc ꝓcedit. Sed iam de his hactenus; modo de illis agamus, qui aliquo modo ſunt cauſa, vt per ſcripturas duellũ fiat, vel ad illud prouocetur; id quod in ſeq.videbimus.

De ijs,qui puniuntur per Bullas,ac alia iura duellum prohibentia,habito reſpectu ad eos,q̃ ſunt cauſa, vt aliquo modo per ſcripturas duellum fiat, vel ad illud prouocetur. Cap. 15.

S V M M A.

1	*Dictans.*	*Quiſnam dicatur.*
2	*Componens.*	
3	*Scribens.*	
4	*Mittens.*	
5	*Defferens.*	
6	*Diuulgans.*	
7	*Affigens.*	
8	*Exempla conficiens.*	
9	*Subſcribens.*	
10	*Intimans.*	
11	*Denuncians verbo.*	
12	*Atteſtans.*	

Supra-

Digitized by Google

13 *Supranominati omnes per Bullas puniuntur, & quænam ſint pœnæ.*

14 *Supranominati per Bullas duellum prohibentes puniuntur, qua regula quouſque pateat, declaratur.*

DEcimotertiò agendum eſt de ijs, q̃ ſunt cauſa, vt per ſcripturas duellum fiat. Et quoniam multi enumerantur à Clemen. VIII. in ſua Bulla. in verſ. Volẽtes eos, ob id ſingulos recenſebimus prius, ac declarabimus pro viribus noſtris, quinã ſint ad faciliorem intelligentiam dicendorum.

Primo igitur puniũtur dictantes
1 † & ſunt illi, qui aliquid tantum pronunciant, vt calamo ſcribendo ab alio excipi poſſit, hinc dictata dicũtur præſcripta, quæ Magiſter ludi litterarum conſueuit pueris præbere, vnde illud Cicer. ad Att. 13. Non modo Tironi dictare, ſed ne ipſa quidem auderem ſcribere.

2 Secundò Componentes, † & ſunt illi, qui ſimul ponunt verba, illaque coniungunt, vnde illud Virg. lib. 8. Aeneid. licet in aliam ſententiam componens manibus manus, atque oribus ora: & in re noſtra faciũt tradita à Gloſſ. in verb. Compoſitis, in ſecunda expoſitione. in §. quorum vtranq; viam. in Proœm. inſtit.

3 Tertio ſcribentes, † qui & illi dici poſſunt, qui aliquid operis componunt, vnde illud Horat. Epiſtol. in Epiſtol. 2. Præter cætera Romæ me ne poemata cenſes ſcribere poſſe inter tot curas, totq; labores? Hinc ſcriptores dicuntur ipſorum librorum auctores. Et in hanc ſententiam nõ ſic eos ſumemus, vt differant ab ijs, qui componunt, ſed pro ijs accipiemus, qui ſua manu litteras fingunt, dum alius dictat, & noſtrati lingua dicuntur ſcriuani.

4 Quarto mittentes, † & hi per ſe noti ſunt, ſcil. qui illa ſcripta mittunt ad aliquẽ, vnde illud Cicer. in Cat. Hunc librum ad te de ſenectute miſſimus.

5 Quintò defferentes, † & ſunt illi, qui ſcripta à mittentib. accipiunt, & ad aliquem defferunt; & vulgo dicuntur meſſi.

6 Sextò, diuulgantes † & ſunt illi, q̃ in vulgus ſpargũt, hoc eſt notificãt illa ſcripta hominibus. Hinc Cicer. Balbo viſum eſt occultius agendũ, neq; vllo modo diuulgandum.

7 Septimò affigentes, † qui & ipſi notiſſimi ſunt, & noſtrati lingua dicuntur, *Quelli che attaccano ſcritture à qualche luoco.*

8 Octauo † exempla conficientes, & ſunt illi, qui aliqua ſcripta exſcribunt, & vulgo dicuntur copiſti, vnde illud Cice. Appio, ex litteris, quarum exemplum ad me miſiſti.

Nono impreſſores, qui omnibus notiſſimi ſunt, vulgo dicuntur Stampatori.

9 Decimò ſubſcribẽtes †, & ſunt illi, qui ſcripturæ nomen ſuum ſubnotãt, vt ſolent Principes, ac alij Magiſtratus, ac quilibet alius, ſubſcribentes ea, quæ rata habent, vnde illud Cicer. ad Attic. lib. 8. Litteras tibi à L. Domitio ad 13. Calen. Martij allatas eſſe; earumq; exemplum ſubſcripſeras.

10 Vndecimò intimantes † ſunt illi, qui ea ſcripta denunciant.

Duodecimò verbo denũciantes
11 † & ſunt illi, qui proprijs verbis nũciant duellum futurum, vnde illud

Cicer. de ſenect. Quomodo Carthagini bellum futurum inferatur multo ante denuncio, & noſtrati lingua dicuntur, *Quelli che notificano, ò fanno nota qualche coſa.*

12 Decimotertiò atteſtãtes, † & ſunt illi, qui dicunt, & affirmant, ſeu ſuper his teſtimonium ferunt, vnde illud Plin. in Præfat. lib. 4. Hoc atteſtabatur, vel inimico iudice ſe approbari poſſe. Hi ergo duodecim ſunt illi, qui enumerantur à Clem. VIII. in ſua Bulla, ac cauſam dant, vt aliquo modo per ſcripta vel fiat duellum, vel ſaltem prouocatio ad illud. Quibus ſic præmiſſis, & declaratis, videamus more noſtro in quas pœnas incidant, & quando.

13 Dictans † igitur, componens, ſcribens, mittens, defferens, diuulgans, affigens, exempla conficiens, ſubſcribens, intimans, denuncians verbo, ac atteſtans aliquid per quod duellum, vel prouocatio fiat ad illud, incidunt in pœnas, in quas incidunt conſilium, auxilium, vel fauorem ad duellum præſtantes, atque ſic habetur in Bulla Pij IV. in verſ. Illoſque, tam quoad duellum publicum, & tam de publico, quã de priuato in cit. Bulla Clem. VIII. in verſic. volentes eos, de quibus pœnis actum eſt ſup. cap. 9. in principio.

14 Incidũt autem in has pęnas † vbi litteras, ſcripta, fides, quæ ſunt cauſa, vt ſuſcitetur duellum, & multo magis, vbi libellos, ſeu epiſtolas, q̃ expreſsè prouocant ad duellum, dictant, componunt, ſcribunt, mittũt, defferunt, diuulgant, affigunt, exempla conficiũt, imprimũt, ſubſcribũt, intimant, verbo denunciant, atteſtanturq;, vt partim colligitur ex cit. Bulla Pij IV. in verſ. Illoſq; tam ad pugilles, ibi, Necnõ chartas certaminis, ſeu duelli ſubſcribẽtes, vel affigentes, aut publicãtes; & in verſic. Alioquin eos, & ẽt; ibi, & ſimiliter chartas deſuper ſubſcribentes, aut publicantes, ſeu de illis ſe intromittentes, expreſsè de oĩbus in ſupradictis caſibus habetur in cit. Bulla Clem. VIII. in cit. verſ. volentes eos. Id quod pro regula nobis erit.

Quæ locum habet, ac ampliatur in omnib. caſibus, in quib. ampliatę fuerunt regulæ ſuperiores. Quare quicũq; ſint, ac cuiuſcunq; gradus, ſtatus, & conditionis ibi compręhẽduntur. Item vel hæc fiant in locis ſubiectis iuriſdictioni S. R. E. vel extra. Item vel ſit publicum, vel priuatum duellum. Vel adſit praua conſuetudo; vel poſtea non ſequatur nec duellum, nec prouocatio, ob dicta ſupra, & facit, quia prohibitum eſt principale, ergo & acceſſorium, & omne illud per quod ad id peruenitur. arg. ca. acceſſoriũ. de reg. iur. lib. 6. & l. oratio. ff. de ſponſ.

Item ampliatur vel denunciauerit quis, narrauerit, declarauerit, teſtificatusq; fuerit ſupradicta tam in publicis, quam in priuatis locis, vbi hominum multitudo conuenire ſolet, ita habetur in cit. Bulla Clemẽ. VIII. verſ. Necnon in quaſcunque.

Tertio locum habet non ſolum ſi hæc fiant nomine proprio, verùm etiam ſi nomine alieno, ita dicitur in cit. verſ. volentes eos, qui ſuo, vel alieno nomine.

Quartò locum habet, non ſolum ſi hæc fecerint circa primam copiã, quę vulgo dicitur Originale, verum etiam ſi circa earum exempla, ita dici-

Digitized by Google

dicitur in cit. verſic. Volentes eos, ibi, earumve exempla.

Quinto locum habet, quoad ſcribentes, & alij huiuſmodi vel partẽ aliquam tantum ſcribant, ſeu componant; nam Bulla excommunicat ſcribentes, componentes, exemplaque facientes, & huiuſmodi: at, qui facit partẽ aliquã, vt ſi ſcribat principium, ſine dubio ſcribit, ergo & in pęnã incidit, cui.n. verba legis conueniunt, & diſpoſitio cõuenire dẽt. arg. l. 4. §. toties. ff. de damn. infect. & valet argumẽtum de toto ad partem. arg. l. quę de tota. ff. de rei vẽd.

Excipio tamen ab his pœnis defferentem hæc, qui omnino ignorat quid illis litteris compręhendatur, quia hæc eſt ignorantia facti, quæ omnes excuſat ſecundum ea, quæ alias dixi. Quæ exceptio locũ habet etiam in alijs, modo ſit probabilis ignorantia.

Verum quid iuris de eo, qui nunciat duellum ei, qui iam hoc idem ſciebat, an in pœnas incidat? Hoc dicam in ſeq.

S V M M A.

1 *Nuntians duellum ei, qui iam id ſciebat an incidat in pœnas propoſitas nunciantibus illud.*

§. I.

1 Hæc queſtio propoſita fuit in ſuperiori c. in fi. † an nũcians duellum ei, qui iã illud ſciebat, incidat in pœnas, in quas incidere vidimus ſ. in cit. c. noſtro in prin. n. 13. Videbatur igitur dicendum nõ incidere, quia nunciatio illa nihil operari videtur. arg. c. certus de reg. iu. lib. 6. & l. 1. in fi. ff. de contrah. emp.

Contrariam tamen opinionẽ teneo, vt ſcil. in ſupradictas pœnas incidat. Primo, quia hic eſt nunciãs, & ob id ei conueniunt Bullæ verba, ergo & diſpoſitio debet conuenire; nunciantes enim puniuntur, vt vidimus. Poſtremo, quia per illum non ſtat, quin fiat, quod ipſi eſt prohibitum, & ſatis habuit Bulla id nunciatum fuiſſe. Hinc eſto non ſequatur duellum, modo fecerint prohibita, vidimus ſupra in pœnas incidere. c. 6. §. 1. n. 1. verſ. tertio. & cap. 9. §. 2. Ceſſat igitur ratio contraria; nam locum habet, quoad eum, qui nunciatus fuit, & non quoad eum, qui nunciauit: Sed de his ſatis, iam de immiſcentibus agamus.

De ijs qui puniuntur per Bullas, ac alia iura duellum prohibentia habito reſpectu ad eos, qui duello, vel cauſę duelli ſe immiſcent. Cap. 16.

S V M M A.

1 *Immiſcentes ſe duello puniuntur per Bullas duellum probibentes, & quęnam ſint pœnę.*

2 *Immiſcentes ſe duello, vel cauſæ duelli puniuntur per Bullas duellum probibentes; quæ regula, quouſq; pateat, declaratur.*

Decimoquarto agendum eſt de immiſcẽntib. ſe, vt duellũ fiat, vnde, vti de alijs factum eſt, videamus primò in quas pęnas incidant: Secundo, quando illis puniantur.

1 Immiſcentes igitur † ſe duello, vel cauſę, ob quam oriatur duellum, incidunt

cidunt in excommunicationem, & alias pœnas, in quas incidunt conſilium, auxilium, ac fauorem pręſtantes, & hoc, quia in Bulla Cle. VIII. ſimul cõnectuntur in verſ. Quive in præmiſſis in ſua Bulla. Vnde quęnã ſint hæ pœnæ habentur ſupra cap. 9. & quę hic deſiderantur, illinc promantur.

2 Incidunt autem in has pęnas † vbi aliquo modo ſe immiſcent, vt duellũ fiat, ita dicitur in cit. Bulla Clem. VIII. in cit. verſ. Quive in pręmiſſis. Quare incident in pœnas non ſolum ſi ſe immiſceãt vt duellum fiat, verum etiam, vt aliquis alium prouocet ad illud, vt ibidem dicitur. Item ſi ſe immiſceant, vt alius auxilium, conſilium, vel fauorem det ad duellum peragendũ; Item vel ſi ſe immiſceant aliquo modo in dictandis, componendis, ſcribẽdiſve libellis, aut literis, quibus ad duellũ quis prouocatur, vel quibus duello datur aliquo modo occaſio, atq; ſic colligitur ex cit. Bulla in cit. verſic. Quive in pręmiſſis. Id quod pro regula habebimus.

Quę ampliatur, ac declaratur ijſdẽ modis, quib. ampliatę, ac declaratę fuerũt regulę ſuperiores. Vnde quicunq; ſint qui ſe immiſceant, cõprehenduntur. Item in duello publico, vel priuato. Itẽ in omnib. locis, & ex quacunq; cauſa, & huiuſmodi.

Poſtremò ampliatur eſto poſtea nihil ſecutum ſit, tum ob dicta ſup. c. 9. tum ob verba expreſſe id dicentia in cit. Bulla Clem. VIII. ibi, ẽt ſi, quę verba ſunt generalia, & omnes ibi enumeratos comprǽhendunt. Sed iam agamus de Ciuitatib. terris, locisq; alijs in quib. duellum fit.

De ijs, qui puniuntur per Bullas, ac alia iura duellum prohibentia habito reſpectu ad Ciuitates, Terras, Oppida, Caſtra, & alia loca, in quorum territorijs duellum committitur. Cap. 17.

SVMMA.

1 *Ciuitates, Terra, Oppida, Caſtra, & alia loca in quibus, ac in quorum territorijs duellum committitur quibus pœnis puniantur per Bullas duellum prohibentes.*

2 *Ciuitates, Terrę, Oppida, Caſtra, ac alia loca, in quibus, ac in quorum territorijs duellum committitur per Bullas duellum prohibentes puniuntur, quę regula, quouſque pateat, declaratur.*

3 *Præteritum perfectum rem perfectam ſignificat.*

POſtremò loco habito reſpectu ad eos, qui puniuntur per Bullas, ac alia iura duellum prohibentia, eſt agendum de Ciuitatib. Terris, Oppidis, Caſtris, ac alijs locis, in quibus, ſeu in quorum territorijs duellum eſt commiſſum. De quib. ſicuti de alijs, videbimus quibus pęnis puniantur. Deinde quando.

1 Quoad primum igitur † hac pęna ſupradicta loca puniuntur; Nam interdicto eccleſiaſtico ſubiacent, vt de publico duello habetur in Bulla Iulij II. in verſ. Motu ꝓprio, ibi ſub ſimili excommunicationis pœna & interdicti eccleſiaſtici, & de duello tam publico, q̃ priuato habetur in Bulla Clem. VIII. in verſ. ipſas vero Ciuitates. Et de primo hoc ſatis. Quid autem ſit, ac operetur hoc interdictum vniuerſale, ſeu generale

loci

loci latè id tradidit D. meus Vgol. in tract. de Cenſur. Eccl. Tab. 5. c. 6. cum trib. ſeq.

2 Quoad ſecundum † in hanc pœnam incidunt, vbi in eorum territorijs duellum cõmiſſum eſt, & id permiſſerint, cõceſſerint, ſcierintue ibi duellum cõmitti, Domini, aut Magiſtratus, vel Senatus, vel populus, vt ex dictis Bullis colligitur in cita. locis, & pręcipue ex illa Clem. VIII. Quod dictum more noſtro pro regula ponemus.

Quæ eiſdem modis ampliatur, ac declaratur, quib. ſuperiores ampliatę fuerunt. Quare vel publicum, vel priuatum ſit; & quæcunque loca ſint ſiue ſubiecta, ſiue non ſubiecta S. R. E. Iuriſdictioni; vel ex quacunque cauſa commiſſum fuerit duellum; vel adeſſet ſuper hoc ſtatutũ; ſiue priuilegium, aut conſuetudo, & ad ſummum in omnibus caſibus ſupra relatis.

Item locũ habet non ſolùm ſi Domini, Magiſtratus, vel Senatus ſcierint duellum ibi committi, verumetiã ſi aut tacitè, aut expreſsè illud committi permiſerint, ita habetur in cit. Bulla Clem. VIII. in cit. verſi. Ipſas verò ciuitates, ibi, & tacitè, vel expreſsè permittentibus. Quare ſi ſciunt duellum committi, & nõ impediunt quantum in ipſis eſt, vel tacitò illud permittunt, præterquam quòd ipſi incidunt in pœnas propoſitas ſupra cap. 3. & hæc loca etiam in pœna interdicti incident.

Tertiò locum habet eſto non permiſſerint duellum fieri neque tacitò, neque expreſsè, ſed tñ illud perpetrare tolerauerint, ita dr̃ in cit. Bulla Clem. VIII. in cit. verſ. Ipſas verò ciuitates, ibi, aut tolerantib.

Poſtremò locum habet, eſto non ſinguli de Vniuerſitate, ac Senatu conſenſerint, ſed maior tantũ pars; nam nihilominus interdicto ſubiecta erunt illa loca, quandoquidem, quod fit à maiori parte Vniuerſitatis, vel Senatus, ab omnibus factum eſſe cenſetur, vt habetur in l. quod maior. ff. ad municip. & in tit. de ijs quæ fiunt a maior. part. cap.

Excipitur tamẽ primò, vt in hãc pœnam non incidant, vbi hoc ignorarunt Domini, & Magiſtratus: itẽ neque tacitò, neq; expreſsè illud fieri permiſſerint, nec etiam vllo modo tolerarunt illud, arg. ſumpto a contrario ſenſu ex cit. verſ. Ipſas verò Ciuitates, quod in iure validiſſimum eſt. l. 1. & ibi DD. omnes ff. de off. eius, cui mand. eſt iuriſd. & quia incluſio vnius eſt alterius excluſio. arg. c. non ne. de præſumpt. & l. cum prætor. ff. de iud.

Poſtremò excipitur, vbi duellum non eſt commiſſum, licet illud committere tẽtauerint, vel ad illud prouocauerint, & hoc ob verbum illud admiſſum fuerit, poſitũ in cit. verſ.
3 Ipſas verò Ciuitates; † illud enim eſt præteritum perfectum, & ob id rem etiam perfectã eſſe ſignificat. arg. eorum, quæ dixit gloſſ. in c. quicũq;. §. 1. in verb. Innodetur. de hęret. lib. 6. Sed de his hactenus, ſimulque de ijs, qui puniũtur per Bullas, ac iura duellum prohibentia, necnon de pęnis ipſis impoſitis, modo videamus poſtremũ caput propoſitũ in principio, ſ. qui poſſint abſoluere ab illis pęnis, & præcipuè ab excõmunicatione, ac interdicto: id quod in ſeq. videbimus.

De ijs, qui poſſunt abſoluere à Cenſuris, ac alijs pœnis, in quas incidunt offendentes Bullas, & alia iura duellum prohibentia.
Cap. 18.

SVMMA.

1 *Abſoluere ab excõmunicatione, et alijs pœnis, in quas incurrunt offendentes Bullas duellũ prohibentes, quis poſſit.*
2 *Abſoluere ab excõmmunicatione lata à iure Pontificio quis poſſit.*
3 *Succeſſor eius, qui cenſuram tulit, abſoluere ab ea poteſt.*
4 *Lex debet intelligi ſecundum rubricã, ſub qua eſt poſita.*
5 *Niſi dictio, quid ſignificet.*
6 *Clauſula in aliquo actu apponi ſolita et ſi omittatur, pro appoſita tamen habetur.*
7 *Reſeruatio nulla eſt in articulo mortis.*
8 *Sacerdos quilibet in articulo mortis abſoluere poteſt.*

POſtremum caput explicandum eſt, quinã ſint ij, qui poſſunt abſoluere à cenſuris, & pœnis propoſitis in Bullis, & alijs iuribus duellũ prohibentibus, in quas incurrũt eas offendentes, & præcipuè ab excommunicatione, & interdicto.

1 Quoad hoc igitur † breuiter concludo Romanum Pontificẽ pro tempore exiſtentem tantùm abſoluere poſſe ab his cenſuris, & pœnis, & ob id Romano Pontifice inferiorem id facere non poſſe: Idque meritò; nã Romanus Pontifex id ſibi reſeruauit, vt habetur de excommunicatione propoſita circa duellum publicũ in Bulla Pij IV. in verſ. Illoſq; tam ad pugilles, ibi excommunicationis maioris latæ ſententię pęnam, à qua non niſi a nobis, ſeu à Romano Pontifice pro tempore exiſtente abſolui poſſint, &c. Sicque adhuc locum habere illam conſtitutionem dixit Nauar. in cõſ. 2. in fi. de purg. vulg. vbi committebãt duellum priuatũ, licet nondum lata eſſet tam clara, & aperta Bulla Clem. VIII. Idem dixit Pius IV. in eadem Bulla de omnibus pœnis ab ipſo impoſitis in verſ. Illaſque incurrere, & ab eis præterquam à nobis, ſeu dicto Romano Pontifice pro tempore exiſtente, vt præfertur, abſolui, aut aduerſus illas reſtitui, ſeu rehabilitari non poſſe, neque debere decreuimus, ac declaramus. Nouiſſimeque id conſtituit, ac determinauit tam de duello publico, quã priuato Cle. VIII. quoad interdictum, & excõmunicationem illis verbis, cuius interdicti relaxationem, aut excommunicationis abſolutionem ab alio, quã a nobis, aut pro tempore exiſtente Romano Pontifice pęnitentia, & ſatiſfactione cõgruè peracta, niſi in mortis articulo conſtituti nequeant obtinere. Hęc ibi Clem. VIII. ex quibus manifeſtò conſtat abſolutionẽ præcipuè cenſurarũ reſeruatam eſſe Romano Pontifici, Sicuti etiam pœnarum relaxationẽ, quæ impoſitæ ſunt à Pio IV. vt vidimus, ergo nemo ali⁹ abſoluere poterit, arg. ca. nuper. de ſen. exc. ex quo tex. not. DD. abſolu-
2 tionẽ † ab excõmunicatione lata à iure Pontificio, ſi nõ ſit reſeruata, ab Epiſcopo tribui poſſe, ita Couar. in c. Alma mater. p. 1. §. 12. nu. 4. iũct. iuribus per eum adduct. & D. meus Vgolin. in trac. de cẽſur. tab. 1. c. 10. & in

& in tract. de Bulla Cęnæ Domini. p. 3. c. 1. n. 1. Ex quo igitur Romano Pontif. eſt reſeruata, ipſe ſolus abſoluere poterit, atq; in caſu noſtro, vt hæc abſolutio ſit reſeruata aſſeruit Sayr. in Theſaur. caſ. conſc. lib. 3. c. 31. nu. 21. per cit. Bullã Clem. VIII.

Romani Pontifices, qui illas Bullas fecerunt, & qui ſibi reſeruarunt abſolutionem illam tribuere poterunt. Hodie autem, quia defuncti ſunt, eorum ſucceſſores ſolum modo abſoluere poterunt, & hodie ſolus S. D. N. Papa Paulus V. Tum quia id expreſſe habetur in cit. duabus Bullis, ibi à Romano Pontifice pro

3 tempore exiſtente. Tum etiã † quia ſucceſſor illius, qui cenſuram eccleſiaſticam tulit, abſoluere ab ea poteſt, vt aſſerunt Abb. & alij, quos refert, ac ſequitur D. meus Vgolin. in cit. tract. de Cenſur. tab. 1. cap. 4. §. 1. vbi materiam hanc abundè egit. Id qđ pro regula habebimus. Ex quibus tollitur id, quod dixit Emmanuel in ſuis Aphoriſmis Confeſsar. in verb. Excommunicatio. in cap. excommunicationes nulli reſeruatæ. num. 13. cum duobus ſeq. vbi tenet nemini reſeruatam eſſe hanc excommunicationem latam per huiuſmodi Bullas: Id quod ſic probo, quia licet non dicat expreſsè in cit. num. 13. nemini eſſe reſeruatam, tamen rubrica illius cap. eſt, vt dixi, excommunicationes nulli reſeruatæ;

4 † lex autem debet intelligi ſecundum titulum ſub quo eſt ſituata §. quibus. in prima conſtitutione. C. & l. Imperatores. ff. de in diẽ adiect. tradit Bart. in l. is, cuius. n. 3. ff. ſi ſeruit. vind. Gloſſ. & DD. in l. diem functo. ff. de offic. aſſeſs. & in l. 1. §. ludi. in verb. ſed & comites. ff. de var. & extraord. cognit. Miror autem id dixiſſe, quia allegat cita. Bullam Clem. VIII. in qua expreſsè id habetur, vt vidimus.

Hæc autem regula ampliatur, vt nullus, qui ſit Romanus Pontifex illam abſolutionem tribuere poſsit, quacunque dignitate eccl. fulgeat, & ob id nec Vicarius ipſius Romani Põtificis, nec Legatus è latere, & hoc, quia Romani Pontifices, qui hanc abſolutionẽ ſibi reſeruarũt, dixerunt neminem poſſe abſoluere, niſi ſit Romanus Pontifex, ergo neminẽ exceperunt, & ob id omnib. hoc eſſe prohibitum voluerunt, arg. l. Iulianus. ff. de leg. 3. & l. cum prætor. ff. de iud. & c. nonne. de pręſumpt.

Excipitur tamen primò qui ad id haberet facultatem à Romano Põtifice abſoluendi; tũc enim iſte ſine dubio abſoluere poſſet. Quare vigore Iubilei, in quo dicitur Sacerdotes quoſcũq; admiſsos ad audiẽdas cõfeſsiones, poſse abſoluere ab oĩb. cenſuris, tunc hęc licẽtia à Romano Pontific. data intelligetur, & hmõi.

Secundò excipitur, vbi excõmunicatus, & his pęnis innodatus eſset in articulo mortis, & nulla daretur facultas Romani Pontificis, tũc quilibet ſacerdos abſoluere poterit. Tũ quòd id expreſsè habetur in cit. Bulla Clem. VIII. in verbis ſupra citatis ibi, niſi in mortis articulo conſtituti; † quæ dictio, niſi, exceptiua 5
ſignificat oppoſitum antecedentis, cui immediatè aduerſatur. arg. l. nõ videtur. ff. de procur. & not. l. actione. C. de tranſact. Tum quòd eſto id dictum ibi non eſset, clauſula tñ illa ſemper addi ſolet, vt habetur in

c. ſiquis

c.ſi quis ſuadēte diabolo. 11.q.4.& in c.clericus. §.2 ſupradictis, & ibi no.gl.in verb. Mortis, de immu.ec. lib.6. cū ſimil.cit.à D.meo Vgolin. in cit.tract.de Bulla Cęnæ Domini p.3.c.2.ver. Niſi in mortis articulo.
6 §.1.in prin. Clauſula.n. † in actu aliquo aponi ſolita, ēt ſi omnino omiſſa ſit, pro appoſita tamē, & expreſſa habetur, vt probatur in l.fi.C.de fideiuſſ. & ibi not. Bald. & Iaſ.cōiter hoc receptum ſenſit in l.argētarius. n.7.cum ſeq. ff.de edē. Tum deniq; ob verba Cōcil. Trid.ſeſſ.14. de pę.
7 c.7.in verſ.veruntamen. † vbi habetur ſemper hanc cōſuetudinem fuiſſe in Eccleſia Dei, vt nulla ſit reſeruatio in articulo mortis tam peccatorum, quam cenſurarum.

In hoc igitur caſu articuli mor-
8 tis † abſoluere poterit ſacerdos quicunq; ſit, & ſic vel Parochus, vel nō Parochus eius, qui illis cenſuris, & pęnis eſt irretitus, ac innodatus, vel ipſe ſacerdos ſit excōicatus, aut à iuriſdictione ſuſpenſus notorius talis, aut denunciatus, degradatus, hæreticus, ſchiſmaticus, & cuiuſcunq; ſimilis cōditionis ſit, vel eum nō abſoluat à peccatis, ſed ſolummodo à cenſuris, ob ea, quæ traduntur à Couar. in cit.c. Alma mater, p.1.§.11. nu.8.verſ. Quod ſi mortuus, & à D. meo Vgolin. in cit. verſ. Niſi in mortis articulo.§.2, verſ. Quartò cū ſeq. & à Sayr. in Theſaur.caſ.conſc.lib. 2.cap.21.num.26.

Sublimitatur tamen etiā in articulo mortis, vt nō quilibet ſacerdos abſoluere tunc poſſit, ſed ille cui eſt reſeruata abſolutio, vbi daretur copia Romani Pontificis, ad quē de iure pertinet abſolutio; ad illū enim eſt recurrēdum, nec tunc poſſet quilibet ſacerdos in hoc caſu abſoluere, atque ſic poſt alios tradit Sayr. eod.lib.2.cap.21.num.27.

Qui igitur extra illos duos caſus abſoluere præſumpſerit, abſolutio eſt nulla, & abſoluens incidet in pęnas impoſitas à decreto lato à Cle. VIII. iunct. declaratione eiuſdē decreti, de quib. per Steph. Quarant. in ſum. Bullar, in verb. caſus reſeruati, & latè hāc materiā egit D. meus Vgolin. in tract. de oſt. & poteſt. Epiſcop.par.2.cap.35.

Verùm quiſnam dicitur articulus mortis? Hoc in ſeq. explicabo. Hoc tñ prius addito, pęnā depoſitionis impoſitam clericis duellum cōmittentib. vt dictum eſt ſupra c.5.n.22. poſſe tolli ab Epiſcopo, hoc eſt, poſſe epiſcopum cum eo diſpenſare, ſi mors, vel membri mutilatio nō fuerit inde ſecuta, vt poſt alios tradit Diaz in pract. crim. can. cap. 101.

S V M M A.

1 *Articulus mortis quiſnam dicatur.*

§. I.

§ Propoſitum fuit declarare quiſnam dicatur articulus mortis
1 † Quoad hoc igitur dico illum dici articulum mortis, vbi quis probabiliter moriturus exiſtimatur, vt quia propinquus eſt morti, vt iudicio peritorum intra paucos dies moriturus exiſtimatur, quatenus quis eſt infirmus. Præter ægritudinē autē ille articulus mortis putatur, vbi qs itidem infra paucos dies moriturus exiſtimatur, & ſi ratione preſentis periculi mors eſt in fieri; vti Philoſophi dicūt. Hinc ſenex, de cuius morte dubitatur, licet nulla infirmitate detineatur. Item, qui eſt in maris tē-
peſtate

Digitized by Google

pestate graui orta, & naufragium probabiliter imminet. Tertiò prælium, ac conflictum ingreſſuros. Quartò damnatos ad mortem, cuius mortis executio intra paucos dies eſt facienda. Quintò, qui pertranſire coguntur loca periculoſa, vbi fures, ac banniti morantur, qui tranſeuntes ſolent occidere. Sextò mulier partui proxima, quæ difficilè parere ſolet, & præcipuè, vbi primò parturit. Septimò, qui ſe caſtrãdos tradunt, & ad ſummum, vbi eſt in omni caſu periculum imminens mortis, iſte articulus talis dr̃, arg. l. 3. cum ſeq. ff. de donat. cauſ. mort. atq; ſic ſentiunt DD. Bal. in c. paſtoralis. n. 4. ibi Abb. n. 3. de off. ord. & Bart. in l. 1. quem ibi ſequitur Iaſ. n. 28. C. de ſacroſan. eccl. & Nauar. in Man. c. 2. n. 8. & c. 26. n. 31. & S. Th. in addit. 3. p. q. 8. art. 6. & Syluest. in verb. abſolutio. 1. n. 8. & n. 10. & Couar. in c. alma mater. p. 1. §. 11. n. 8. de ſen. exc. lib. 6. & D. meus Vgol. in tract. de cenſur. tab. 1. c. 4. §. 5. nu. 9. & in tract. de Bulla Cœnæ Domini. p. 3. c. 2. verſ. Niſi in mortis articulo. n. 1. & Sayr. in Theſaur. caſ. cõſc. lib. 2. cap. 20. nu. 28. & de hoc ſatis.

Verum quid ſi quis ignorat has Bullas, confiteturque duellum commiſiſſe, teneatur Confeſſarius eum edocere, ac in tali caſu abſoluere poſſit hunc ignorantem? Hanc q. in 1 ſeq. abſoluam.

S V M M A.

1 *Confeſſarius an teneatur edocere pœnitentem, qui confitetur duellum cõmiſiſſe, ſi ignorat prohibitionem.*

2 *Bullas promulgare cuius ſit.*

3 *Ignorantia probabilis ſeu inuincibilis vt dicatur quot concurrere debent.*

4 *Matrimonium inualidum an poſſit diſſimulari a confeſſario, qui ſcit inualidũ eſſe, & coniuges ignorant impedimentum.*

5 *Abſoluere an poſſit confeſſarius pœnitentem, qui confitetur duellum commiſiſſe, ignorat tamen excommunicationem impoſitam eſſe committentibus illud.*

6 *Contumacia requiritur ad incurrendã excommunicationem.*

§. II.

Pro complimento tractatus noſtri occaſione eorum, quæ dicta ſunt ſupra proponitur hoc dubium, an ſi aliquis confiteatur ſua peccata, & dum illa patefacit confeſſario, dicat duellum commiſiſſe, vel quia proſequebatur odio ſuum inimicum, dicat illum prouocaui ad duellum committendum, ignorat tamen pęnitens ſe in illas pęnas incidiſſe, & hoc animaduertit etiã confeſſarius, teneatur eum edocere cenſuras, & alias pœnas, poſſitque eum abſoluere. Hæc qõ duo capita cõplectitur; quorum primũ eſt, an teneatur eũ edocere pœnas: alterũ, an, ex quo ignorabat prohibitionẽ, poſſit eum abſoluere a cenſuris illatis per Bullas duellum prohibẽtes, cum abſolutio ſit Romano Pontifici reſeruata, vt vidimus ſupra hoc c. in principio.

Quoad primum caput † videbatur dicendum eum educere non te-
2 neri. Primò, quia confeſſarij † munus non eſt Bullas promulgare, ſed ordinarii, vt dicitur in ca. curæ. 11. q. 3. Secundò, quia neq; peccat ignorando, neque tranſgrediẽdo, modò ignorantia ſit, vt Theologi vocant, inuincibilis, ſiue probabilis, vt dñt

Cano-

Digitized by Google

Canoniſtę; tunc.n.excuſat, vt dixit
3 S.Th.1.2.q.26.ar.8.† Dr̃ aũt inuincibilis,ſeu ꝓbabilis,vbi hæc duo cõcurrunt. Primũ eſt,vt ſit cã peccati, & illa dr̃ cã peccati, quæ tollit ſcientiã,quæ ſcĩa ſi adeſſet,non fieret peccatũ,vt ait S.Th.ead.q.26.ar.1. Secundò,vt ſit iuſta,& dr̃ iuſta, vbi qs non tenetur ſcire, vel non põt adhibita diligentia, quæ ab alijs ſuæ cõditionis arbitrio uiri prudentis adhiberi dẽt, ſm S.Th.in cit.q.26.art. 2.& probãtur hoc in c.notandũ.1.q. 4.& in c.2.de cõſti. Quia igitur non peccat,vt vidimus, nec tranſgrediẽdo,eũ admonere nõ dẽt. facit c.qa circa.de cõſang. & affin.ſm intellectũ Adr.in 4.ſent.de confeſſ.dub.7. quẽ refert, ac ſequitur Naua.in cõſ. 1.de conſt.n.34. quẽ explicat in c.ſi
4 quis aũt.de pœ̃n.di.7.n.73.† ex quo. c.quia circa.tenẽt ãt. DD.poſſe quẽ diſſimulare matrimoniũ valere, ac permittere, ſeu ſinere cõiuges viuere in bono ſtatu, vbi ſolus nouit matimonij impedimentũ, & præcipuè ſi ſcandalũ ex contrario facto naſci ſperatur. Hoc tñ non obſtante ꝯ̃riũ ꝯcludo.ſ.teneri eũ edocere, qa hoc non eſt promulgare Bullas; ſed promulgatas docere, & ſic tollit ꝯ̃riũ. Hinc ſi audio aliquẽ in confeſſione, teneor eũ docere præcepta, in quæ offendit. Nõ obſtat illud ꝯ̃riũ,qa.ſ. nõ peccat, nã nõ peccabat antea,ſđ nõ ꝑ hoc facit,vt excuſatus ſit cõfeſſarius ab hoc onere. Nõ ẽt facit illud de matrimonio, cũ in hoc caſu no vigeat rõ illa, vt ſperetur ſcãdalũ.Teneo igitur cõfeſſariũ in hoc caſu teneri eum admonere etiã ſi ſuſpicaretur veritatem monitum illum nẽ amplexurũ,quia ipſe facit quod ſuum eſt. Et de primo capite ſatis.

5 Quoad ſm caput teneo † poſſe in tali caſu eũ abſoluere eo qđ videt eũ ignorãtia iuris humani ꝓbabili excuſari à peccato. Ac reuera,ſi,vt vidimus,nõ peccauit,qualiter reſeruatio eſſe põt abſolutionis; nã reſeruata eſt cẽſuræ abſolutio in foro conſcĩæ, vbi reuera eſt excõicatus:
6 † at nemo in cẽſuras eccleſiaſticas incidere põt, niſi præuia prius cõtumacia, vt poſt alios nouiſsimè ſcripſit. D.meus Vgol.in trac.de cẽſur.eccl. tab.1.c.17.§.7.n.1.& n.7.quæ cõtumacia à peccato mortifero oritur, ac peccatũ mortale eſt, vt ꝓbat idẽ D.meus Vgol.eo.§.7.n.13.peccatũ aũt à caſu noſtro quoad hoc nõ adeſt(licet.n.peccauerit committẽdo duellũ, vel ad illud prouocãdo, vel aliud prohibitũ faciẽdo, nõ adfuit tñ peccatũ tranſgreſsionis Bullarũ, quia hoc ignorabat, ergo neq; cõtumacia,ergo neq; cẽſuram incurrit, ergò neq; reſeruatio adeſt & ob id ipſum abſoluere poterit. Et de hoc ſecundo capite itidem ſatis.

Et hæc ſunt,quæ de prohibitione duelli oĩ iure in medium attuli,quæ oĩa ſemper ſint ad laudem,& gloriã Sanctiſsimæ Trinitatis, ac Beatiſsimæ Virginis Mariæ, & oĩum Sãctorũ;necnon S.Martini Pontificis, cuius Parochiæ aĩarum cura mihi cõmiſſa eſt, in qua hæc oĩa cõmentatus,ac meditatus ſcripſi.Si quid aũt repugnans Chriſtianę Religioni,ac fidei huc obrepſit, qđ quidẽ ſciens, Deum teſtor non feci,nec quid tale in mentẽ mihi vnquam cecidit Dei benignignitate,Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſubijcio, atq; à me pro non dicto haberi omnino volo.

FINIS. D. O. M.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE
372240
Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIOTECA